BIT IN REGNUM CAELORUM MULTI DICENT
MIHI IN ILLA DIE DNE NONNE IN NOMINE
TUO PROPHETAVIMUS ET TUO NO
MINE DAEMONIA EIECIMUS ET TUO NO
MINE VIRTUTES MULTAS FECIMUS ET
TUNC CONFITEBOR ILLIS QUIA NUNQUAM
NOVI VOS DISCEDITE A ME QUI OPERAMI
NI INIQUITATEM OMNIS ERGO QUICUMQUE
AUDIT A ME VERBA HAEC ET FACIT EA ASSIMILABI
TUR VIRO SAPIENTI QUI AEDIFICAVIT DO
MUM SUAM SUPRA PETRAM ET DESCEN
DIT PLUVIA ET VENERUNT FLUMINA ET
FLAVERUNT VENTI ET IMPINGERUNT IN DO

INQUIQUOPETRI· QUOPSECRUCIFIXUS
INCENTOLETEBRICITANTEOM· CUTIS
CTIAMNOCTEIUS· CTQUIDISTENQUE
DISERIENTE CTDIVISTRABANTES VES
TEMEIUSFACTO· OBTULERUNTEIQUIPLU
RIMA HABENTES· CTEGENI SI
CTOCULOS DALE HABENTES CURAM AU
MOLIPLERETUR QUODDICTUMEST
ESAIAM PROPHETAM DICENTEM
INFIRMITATESNRAS ACCEPIT
TIONES PORTAUIT· QUOENSACUM
QUITAS CIRCUMSE· ISSITIRETRAN
TUM· CTVACCUOSNUSSEMBRA
MAGISTRE SEQUANTE QUOCUMQUE
CTOICITEMBS· QUIPES POTESTAUIT
CTUSLUCRESCELI· NIOOS· PHRSAI
MUS· NONHABET UBICAPUTRECLI
ALIOSAUTEMDISCIPULISEIE· AIT
PERMITTEMS PRIMUMUT UADAM
RE PATREMMEUM· IHSAUTILLI
QUIREMDE· CTDIXITTE MORTUOS
PELIRE MORTUOSSUOS·
ETASCENDENTE EO INNAUICULAM

VIII

illis' ꝛc' illi' ꝛc' negantes' hic' non' ꝛ
porcos' et' ecce' impetu' abiit' ꝛc' pces'
cra' per' precipes' notare' et' portu'
sint' in' agris' pastores' ad' pcipe' ꝛ
euntes' in' ciuitate' et' nuntie'
runt' omnia' et' ecce' ois' ciuitas' ꝛ
burant' et' ecce' tota' ciuitas' ꝛ
obuiam' ihu' et' uiso' eo' rogabant' ut'
transiret' finibus' eorum'
et' ascendens' in' nauiculam'
transfretauit' et' uenit' in' ciuitate'
suam' et' ecce' offerebant' ei' pa'
lyticum' in' lecto' et' uidens'
ihs' paralytico' dixit' confide'
conscelli' remittuntur' tibi' pec'
cata' tua' et' ecce' quidam' scribaꝝ
dixerunt' intra' se' hic' blasphe'
et' cum' uidisset' ihs' cogitationes'
eorum' dixit' ut' quid' cogitatis' ma'
la' in' cordibus' uris' quid' est' facilius'
dicere' dimittuntur' tibi' pec'
cata' aut' dicere' surge' et' ambula' ut'
autem' sciatis' quia' filius' hominis' habet

Luc. 8. Luc. 8. Luc. viii.

POTESTATEM IN TERRA DIMITTENDI PECCATA
TUNC AIT PARALYTICO SURGE TOLLE LECTŪ
TUUM ET VADE IN DOMUM TUAM ET SUR
REXIT ET HABIIT IN DOMUM SUAM · VIDEN
TES AUTEM TURBAE TIMUERUNT ET GLORIFICAVE
RUNT DM · QUI DEDIT POTESTATEM TALEM
HOMINIBUS · ET CUM TRANSIRET INDE IHS
VIDIT HOMINEM SEDENTEM IN TELONEO ·
MATHEUM NOMINE · ET AIT ILLI SEQUERE
ME · ET SURGENS SECUTUS EST EUM · ET
FACTUM EST DISCUMBENTE EO · IN DOMO ·
ECCE MULTI PUBLICANI · ET PECCATORES ·
VENIENTES · DISCUMBEBANT CUM IHU ET
DISCIPULIS EIUS · ET VIDENTES PHARISAEI
DICEBANT DISCIPULIS EIUS · QUARE CUM
PUBLICANIS ET PECCATORIBUS MANDUCAT
MAGISTER UESTER · AT IHS AUDIENS AIT · NON Ē
OPUS VALENTIBUS MEDICUS SED MALE HA
BENTIBUS · EUNTES AUTEM DISCITE QUID EST
MISERICORDIAM VOLO · ET NON SACRIFICI
UM · NON ENIM VENI VOCARE IUSTOS SED
PECCATORES · TUNC ACCESSERUNT AD EŪ ·
DISCIPULI IOHANNIS DICENTES · QUARE

d. l. quem.
ff. ad Sc. Vell.
l. 1. §. pen.

occulti illorum: et coeperunt dis-
cere: quod non licet manducare
discipuli tui sabbatis? et respon-
dens ihesus dixit ad illos: nun-
quam legistis quid fecerit david
cum esuriret ipse et qui cum
erant: quomodo introierit in
domum dei: et panes propositionis
manducaverit: quos non licebat
manducare nisi tantum sacerdo-
tibus: et dabat eis et his qui
cum ipso erant? et dicebat illis:
quia dominus est filius hominis
etiam sabbati. Et factum est
in alio sabbato introire eum
in synagogam et docere. Et
erat ibi homo habens aridam
manum dexteram: et observa-
bant scribae et pharisaei si
sabbato curaret: ut invenirent
unde accusarent eum. Ipse
autem sciebat cogitationes
eorum: et ait homini qui
habebat aridam manum:
surge in medium. Et ille
consurgens stetit. Dixit
autem ihesus ad illos: in-
terrogo vos si licet sabbatis
benefacere an malefacere:
animam salvam facere an
perdere? Et circumspectis
omnibus dixit illi: extende
manum tuam. Et extendit:
et restituta est manus ei.
Et ipsi repleti sunt insipien-
tia: et cogitabant ad invi-
cem quid facerent ihesu.
Factum est autem in illis
diebus exiit in montem
orare: et erat pernoctans
in oratione dei. Et cum
factus esset dies vocavit
discipulos suos: et elegit
duodecim ex ipsis quos et
apostolos nominavit. Simo-
nem quem cognominavit
petrum: et andream fratrem
eius: iacobum et iohannem:
philippum et bartholomaeum:
matthaeum et thomam: iaco-
bum alphaei et simonem qui
vocatur zelotes: et iudam
iacobi: et iudam iscariotem
qui fuit proditor. Et descen-
dens cum illis stetit in loco
campestri: et turba discipu-
lorum suorum: et multitudo
copiosa plebis ab omni iudea
et ierusalem et maritima et
tyri et sidonis qui venerant
ut audirent eum et sanarentur
a languoribus suis: et qui
vexabantur a spiritibus im-
mundis: et curabantur. Et
omnis turba quaerebat eum
tangere: quia virtus de illo
exibat et sanabat omnes.
Et cum audisset simon
quia ihesus adesset: misit
ad eum seniores iudeorum
rogans eum ut veniret et
salvaret servum eius. Qui
cum venissent ad ihesum
rogabant eum sollicite dicen-
tes: quia dignus est ut hoc
illi praestes: gentem enim
nostram diligit: et synago-
gam ipse aedificavit nobis.
Ihesus autem ibat cum illis.
Et cum iam non longe esset
a domo misit ad eum centu-
rio amicos dicens ei: domine
noli vocare: non enim dignus
sum ut sub tectum meum
intres: propter quod nec me
ipsum arbitratus sum dig-
num ad te venire: sed dic
verbo et sanabitur puer
meus. Nam et ego homo
sum constitutus sub potes-
tate habens sub me milites:
et dico huic vade et vadit:
et alii venit et venit: et
servo meo fac hoc et facit.
Audiens autem ihesus haec
mirabatur: et conversus
sequenti se turbae dixit:
amen dico vobis nec in
israhel tantam fidem inveni.
Et reversi qui missi fuerant
domum invenerunt languen-
tem servum sanum. Et
factum deinceps cum ihesus
iret in civitatem quae vocatur
naim: ibant cum eo discipuli
eius et turba copiosa. Cum
autem appropinquaret portae
civitatis: et ecce efferebatur
mortuus filius unicus matris
suae: et haec vidua erat: et
turba civitatis multa cum illa.
Quam cum vidisset dominus
misericordia motus super eam
dixit illi: ne fleas. Et acces-
sit et tetigit loculum: nam
qui portabant steterunt. Et
ait: adulescens tibi dico
surge. Et resedit qui erat
mortuus: et coepit loqui:
et dedit illum matri suae.
Et cum vocatis duodecim
discipulis suis dedisset illis
virtutem et potestatem super

d. Lxxvi.
g. vi.
l. dxviii.

d. Lxxvii.
k. vi.
d. lxviii.

d. Lxxviii.
vi.
l. cviii

d. Lxxviii.
ii.
d. xcviii.
l. lxxvi.

TONICAS NE QUE CALCEAMENTA QUE
UTENSILIA QUE CUNQUE PERTU
CHORUM QUIBUS INSIDENTIBUS
AUT QUIBUS TELLUS INTRODUCENTIBUS
EQUITARE QUIS NON OIC EXCOGITET NISI
TE OMNINO EXEMPTUS INTENTUS AUDI
TUS, SALVATE EAM QUAM CITISSIME PRO
HOC DOCTOR ET SIQUIDEM QUE ET
DUE OIC NA DENTES PUTRE
SIMO CONSTRUENTI OIC VE PU
REGUE ET TOTI ET QUICQUID
PUTRE DOS NOMINE AUDIENTIS
CHOS PLACENTES POTUS

SIMILIS AUTEM OIC NOMINIS
BILIOSERIT TERRE SOO MORE
CONDITORUM INOIE IOHEL
ILLE CURVATUS ECCE ECCE
OUES INVIDIOLUM PORCUM
CO PRODUCENTES SICUT SERPENTES
ETSI OPLICES SICUT COLUBRI
TRADUCTIONIBUS
DOST CONCILIUS ET INSU

ſ. ſ. lxxxiii.
ſ. ſ. lxxxv.
ſ. ſ. lxxxvi
& cxxiii.
ſ. ſ. lxxxvii
& cxxxviii.
ſ. ſ. lxxxv.
ſ. ſ. lv.
ſ. cxiii.
& lxxxviii.

ZEBEDEO VIDERUNT quem to[illegible]
dere[illegible] vehi[illegible] quod ONREcubu
rum occultum quod NON SCIETUR
quodcumque IN TENEBRIS DICITIS
LUMINE et quod IN AURICULA LOQUIMINI PRE
DICATE SUPER TECTA non solum te
eos qui occidunt corpus AN
NON POSSUNT OCCIDERE SED POTIUS
timete qui potest et ani
et corpus perdere IN GEHENNAM
NONNE DUO PASSERES ASSE VENDUNTUR
ET UNUS EX ILLIS NON CADET SUPER
RAM SINE PATRE VESTRO sed et
CAPILLI OMNES NUMERATI SUNT
TEMINITE ERGO timere multis
modis estis eis CONFITEBITUR ERGO CORAM hominibus
CONFITEBOR ET EGO CORAM PATRE
MEO QUI EST IN CELIS QUI AUTEM
NEGAVERIT CORAM hominibus NEGABO
ET EGO EUM CORAM PATRE MEO QUI
NOLITE ARBITRARI QUONIAM

DICEBATIS NON PROCEDAT
ET FACTUM EST CUM CONSUMMASSET IS
PRAECIPIENS DISCIPULIS SUIS
TRANSIERUNT ET DICEBANT EIS
AD QUID FACIS QUOD NON LICET
TUOS QUI CUM PUBLICANIS ET
ET RESPONDENS IS AIT
CUNTIS RENUNTIATE IOHANNI
QUIS PRAECESSIT QUIA PAS
DRACONTES LEPROSI MUNDANTUR
SURGUNT MORTUI RE
PAUPERES EVANGELIZANTUR ET
TUS EST QUI NON FUERIT SCAN
TUS IN ME ILLIS AUTEM EUNTIBUS
PETRUS DICERE AUTEM IS DE
QUI EXISTIS IN DESERTUM
BAT IN DOMO DENTO AGITA
QUI EXISTIS DICERE HOC IN
LIBUS VESTITUM ECCE QUI
DESTRUUNTUR IN DOMIBUS
SED QUI EXISTIS DICERE PRO

MANDUCANS ET BIBENS ET DICUNT ECCE
HOMO VORAX ET POTATOR VINI · PUBLICA
NORUM ET PECCATORUM AMICUS ET
IUSTIFICATA EST SAPIENTIA A FILIIS SUIS
TUNC COEPIT EXPROBRARE CIVITATIBUS
IN QUIBUS FACTAE SUNT PLURIMAE VIRTU
TES EIUS · QUIA NON EGISSENT PAENI
TENTIAM · VAE TIBI CORAZAIN · VAE TIBI BETH
SAIDA · QUIA SI IN TYRO ET SIDONE FACTAE
ESSENT VIRTUTES QUAE FACTAE SUNT IN
VOBIS OLIM IN CILICIO ET CINERE PAENI
TENTIAM EGISSENT · VERUMTAMEN DICO
VOBIS · TYRO ET SIDONI REMISSIUS ERIT
IN DIE IUDICII QUAM VOBIS · ET TU CA
PHARNAUM NUMQUID USQUE IN CAELUM
EXALTABERIS · USQUE IN INFERNUM DES
CENDES · QUIA SI IN SODOMIS FACTAE FUIS
SENT VIRTUTES QUAE FACTAE SUNT IN TE
FORTE MANSISSENT USQUE IN HANC DIEM
VERUMTAMEN DICO VOBIS QUIA TERRAE
SODOMORUM REMISSIUS ERIT IN DIE
IUDICII QUAM TIBI ·

m cviii sol.

IN ILLO TEMP RESPONDENS IHS DIXIT

OR TIBI PATER DNE CAELI ET TERRAE
QUIA ABSCONDISTI HAEC A SAPIENTIBUS ET
PRUDENTIBUS · ET REVELASTI EA PARVU
LIS · ITA PATER · QM SIC FUIT PLACITUM AN
TE TE · OMNIA MIHI TRADITA SUNT A PA
TRE MEO · ET NEMO NOVIT FILIUM NISI
PATER · NEQ · PATREM QUIS NOVIT NISI FI
LIUS · ET CUI VOLUERIT FILIUS REVELARE ·
VENITE AD ME OMNES QUI LABORATIS E
T ONERATI ESTIS · ET EGO REFICIAM VOS ·
TOLLITE IUGUM MEUM SUPER VOS · ET DIS
CITE A ME QUIA MITIS SUM ET HUMILIS
CORDE · ET INVENIETIS REQUIEM ANIMA
BUS VESTRIS · IUGUM ENIM MEUM SUAVE
EST ET ONUS MEUM LEVE EST ·
IN ILLO TEMP ABIIT IHS SABBATO PER SATA ·
DISCIPULI AUTEM EIUS ESURIENTES COE
PERUNT VELLERE SPICAS ET MANDUCA
RE · PHARISAEI AUTEM VIDENTES · DIXERUNT
EI · ECCE DISCIPULI TUI FACIUNT QUOD
NON LICET EIS FACERE SABBATIS · AT ILLE
DIXIT EIS · NON LEGISTIS QUID FECERIT
DAVID QUANDO ESURIIT · ET QUI CUM EO

erant qui dicebant inter se non recte
et pueris proposui ioris causa aut aqua
sonet sabbati. Cogitaverunt quidam
ex eis. Nisi solis sacerdotibus ut
aut vendetis in lege. quia sabbatis
sacerdotes in templo sabbatum vio
lant et sine crimine sunt. dico autem
quia templo maior est hic. si scis
tis quid est. misericordiam volo et non
sacrificium. Numquam condemnas
tes innocentes. dominus est enim
filius. et cum venisset in
synagogam
ecce homo quam habebat
intercabant dicentes
sabbatis curare. ut accusarent
ipsum. ipse autem dixit illis. quis erit ex vo
bis. qui habeat ovem unam. et
si ceciderit hic sabbatis in foveam. nonne
tenebit et levabit eam. quanto ergo
melior est homo ove. itaque licet
sabbatis bene facere. tunc ait homini
extende manum tuam. et extendit

m. cxxiii.
g. iiii.
m. xxxiii.
l. cxlvii.

m. cxxii.
g. iii.
m. xxxiii.
l. cxlvii.

PRO[illegible]SECUTIONEM[illegible]TIONAS INDIC[illegible]
TRIBUS OIe[illegible]TRIBUS [illegible]
[illegible]NT filios hominis IN CORDE[illegible]
TERRESTRIBUS OIC[illegible]TERRENOS NOCTU[illegible]
POST OBDORMIENDI[illegible]
CUDOGENERATIONE IS[illegible]
BUSTEGAOD· QUIP[illegible]
IN PROCIGATIONE IONE[illegible]
IONALIOC[illegible]
CIO CUDOGENERATIONE[illegible]
NABITAOD· QUIPE[illegible]
AOOIE[illegible]
[illegible]
ECCLESIASTICUS[illegible]
CUDOGENERATIONE[illegible]
ADBULAT ARCA[illegible]
ECCLESIASTICO· ETNONIN[illegible]
RECURTAR INO[illegible]
ETOGNICNS IN[illegible]
OBUNOATAOD· ETORNA[illegible]
ETAOSUONTT Septuaginta[illegible]
ECCLESIASTICUS[illegible]
[illegible]

CECIDERUNT IN PETROSA UBI NON HAB-
EBAT TERRAM MULTAM ET CONTINUO EX-
ORTA SUNT QUIA NON HABEBANT ALTITU-
DINEM TERRAE SOLE AUTEM ORTO AESTUA-
RUNT ET QUIA NON HABEBANT RADICEM
ARUERUNT ALIA AUTEM CECIDERUNT IN SPI-
NAS ET CREVERUNT SPINAE ET SUFFOCA-
VERUNT EA ALIA AUTEM CECIDERUNT IN TER-
RAM BONAM ET DABANT FRUCTUM ALI-
UD CENTESIMUM ALIUD SEXAGESIMUM
ALIUD TRICESIMUM QUI HABET AURES
AUDIENDI AUDIAT ET ACCEDENTES
DISCIPULI DIXERUNT EI QUARE IN PA-
RABOLIS LOQUERIS EIS QUI RESPONDENS
AIT ILLIS QUIA VOBIS DATUM EST NOSSE
MYSTERIA REGNI CAELORUM ILLIS AUTEM
MT CXXXII LC LXXX NON EST DATUM QUI ENIM HABET DA-
BITUR EI ET ABUNDABIT QUI AUTEM NON
HABET ET QUOD HABET AUFERETUR AB EO
M CXXXIII MR XXXVII L LXXVII I CVIII IDEO IN PARABOLIS LOQUOR EIS QUIA
VIDENTES NON VIDENT ET AUDIENTES
NON AUDIUNT NEQUE INTELLEGUNT ET
ADIMPLETUR IN EIS PROPHETIA ESAIAE

CEDI· SCO EST TEMPO PACIS AD
TRIBVLATIONE ET PERSECUTIONE PROPTER
VERBVM· CONTINUO SCANDALIZANTUR
QUIA EST SEDINATUS· HIC
QUI VERBUM AUDIT· ET HUIUS SECU
RISTRIS ET FALLACIA OPPRIMIT AUDITU
CAT VERBUM· ET SINE FRUCTU EFFICITUR
QUI CRE INTRA MALUM BONUM
EST· HIC EST QUI IN TERRAM BONAM
SEMEN ET FRUCTUM AFFERT· ET ALIUD
ALIUD QUADRAGESIMUM ALIUD
AD SEXAGESIMUM ALIUD
NOTE· ALIAM PARABOLAM PROPONIT
DISCIPULIS· SIMILE FACTUM
REGNUM CELORUM· HOMINI QUI SEMINAVIT
BONUM SEMEN IN AGRO SUO
ODIENTE HOMINES· INIMICUS HOMO HOC
ET SUPERSEMINAVIT ZIZANIA IN MEDIO
TRITICI ET ABIIT· CRESCERET HER
BA ET FRUCTUM FACERET TUNC APPA
RUERUNT ET ZIZANIA ACCEDENTES AU
SERUI PATRIS FAMILIAS· ELUC HUIUSCE
MODI NOMINE SCRIPTA SUNT

m CXXXVIII FERMENTATUM EST TOTUM HEC OMNIA
LOCUTUS EST IHS IN PARABOLIS AD TURBAS
ET SINE PARABOLIS NON LOQUEBATUR EIS
UT IMPLERETUR QUOD DICTUM ERAT PER
PROPHETAM DICENTEM APERIAM IN PA
RABOLIS OS MEUM · ERUCTABO ABSCON
DITA A CONSTITUTIONE MUNDI TUNC DI
MISSIS TURBIS UENIT IN DOMUM ET ACCES
SERUNT AD EUM DISCIPULI EIUS DICENTES
DISSERE NOBIS PARABOLAM ZIZANIORUM
AGRI QUI RESPONDENS AIT QUI SEMINAT
BONUM SEMEN · EST FILIUS HOMINIS AGER
AUT EST MUNDUS BONUM UERO SEMEN
HI SUNT FILII REGNI ZIZANIA AUT FILII SUNT
NEQUAM INIMICUS AUT QUI SEMINAUIT EA
EST DIABOLUS MESSIS UERO CONSUM
MATIO SECULI EST MESSORES AUT ANGE
LI SUNT SICUT ERGO COLLIGUNTUR ZIZA
NIA ET IGNI COMBURUNTUR SIC ERIT IN
CONSUMMATIONE SECULI MITTET FILIUS
HOMINIS ANGELOS SUOS ET COLLIGENT
DE REGNO EIUS OMNIA SCANDALA ET EOS
QUI FACIUNT INIQUITATEM ET MITTENT

dALIQUID TIMUIT ET
CI · DIXERUNT DICENS · QUIS
ET CONTINUO IBS EXTEN
PEDES ET MANUS ET
QUAM CELERITER
INMUNDUM · CESSAVIT
INMUNDUM · DE
RUNT ET DICENTES ·
ET CONTINUO TRANSIIT · ET
INTOLERANDI CENSUM
SUNT CUM ILLIS · QUIA
QUAM LEPRE
TIBUS ET CURENT · ET
TIBUS ET SALUS FACTUS
FUNC ACCESSERUNT AD
LYTAE SCRIBE ET
QUARE CUM PUBLICANIS
TRADITIONEM SENIORUM
AUTEM DISCIPULI
CANT IPSE AUTEM
QUARE CUM

[illegible] PROPTER TRADITIONEM UESTRĀ NĀ
[illegible] HONORA PATREM ET MATREM · ET
[illegible]XERIT PATRI UEL MATRI · MORTE
[illegible]UR · UOS AUTEM DICITIS · QUICUMQUE
[illegible] PATRI UEL MATRI MUNUS QUODCŪ
[illegible]T EX ME TIBI PROFUERIT · ET NON HO
NORIFICAUIT PATREM [illegible] AUT MATREM ·
ET IRRITUM FECISTIS [illegible]DATUM DEI PROP
TER TRADITIONEM UE[illegible] HYPOCRITE · BE
NE PROPHETAUIT DE UOBIS ESAIAS DICENS ·
POPULUS HIC LABIIS ME HONORAT · COR AŪ
EORUM LONGE EST A ME · SINE CAUSA AŪ CO
LUNT ME DOCENTES DOCTRINAS MANDATA
HOMINUM · ET CON[illegible] UOCATIS AD SE TUR
BIS · DIXIT EIS · AUDITE ET INTELLEGITE ·
NON QUOD INTRAT IN OS CONQUINAT HO
[illegible]EM SED QUOD PROCEDIT EX ORE · HOC
[illegible]QUINAT HOMINEM · TUNC ACCEDENTES
[illegible]SCIPULI EIUS · DIXERUNT EI · SCIS QUIA
[illegible]ISEI AUDITO UERBO · SCANDALIZATI
[illegible] AT ILLE RESPONDENS AIT · OMNIS
PLANTATIO QUAM NON PLANTAUIT PATER
[illegible]LESTIS · ERADICABITUR · SIN[illegible]

ILLOS CC ISONT OUCCS(illegible) CC OU
AG· SIC CO OUCYTOM (illegible)
POUCYOBCAOONT· RC(illegible)
TRUS· OLYITEI· COISS(illegible)
LACISTCO· YTILLCOIXTI (illegible)
NC INTELLCCTU ESTIS· (illegible)
QUAOONC QUOOIN OS ISTRAI(illegible)
AUOT CTINSCCSSUM COMITTOR (illegible)
AUPROCCOUNT OCORC OC OI(illegible)
CTCAUCINQUINANT hOOMINCS QUOS
CNIOI CXCUNT· COGITATIONCS MALI
hOMICIOIA· AOULTCRIA· FOR(illegible)
FURTA· FALSICSTIMONIA· (illegible)
hCC SUNT QUC CO(illegible)
NON COIS QUINANT hOMINCS· (illegible)
NON COIS QUINANT hOMINCS· (illegible)
INOCIIS· SCCUSSIT IN PACIS TYRU CIS
OOMS· ET CCCIDIT (illegible)
BOS IH IS CCTCSIA· CLAMAUIT OICCNS CT
OIXIT CI RC(illegible)OIC IOXC FILIOMUIO· TC MAUCN
DALC MOCHONIO UCXATOR· QUIL NON
RESPONDIT QUICQUAM· ET NEC OCCNTUS·
OISCIPULOIUS· ROGAUAT CUM OICCNTCS·

qui vocabat postros: ipse
ꝓcedens ait ad eos discus qui
ꝓcedebant dicens israhel
uellent, et qui circumcidebant
circumcidi: qui uero circumcidebant
non ꝓficiscebantur ꝑ ordinem
sed timebant ne a iudeis qui
erant circumcisi lapidarentur
Cum autem uenerit dns
ad nos ꝑ ordinem suum ordi-
nem sacerdotii seruabimus.
Ait illi o. dolice-
re non uult ꝓficisci: uis
ut tibi cras exhibeam
Et ipse dicebat ei: ꝓficiscere
uocabant ihesum suis dicentes
ihesu conuocatis discipulis suis dixit

ctus· quia nonō ꝓpanc dixerit ꝗ
dcte ꝙ erudiēto phārisēorū ꝛ
sadducēorū· tunc ihc exclu
quia nondixerit cauēdū ꝙ
to ꝓpanc· sēdoctrina phārisēo
et sadducēorū· dcta ꝗ dispuc
cesaree philippi· et ipse ꝛ
palossados dicens· quēdicūt hoīes
nes esse· filiū hoīs· At ille dix
alii iohannē baptistā· alii aūt
alii dero dicēdo· Aut ūn cor exp
phetis· dicit illis· vos· quē
esse dicitis· respondens
oīvit· tues xp̄s filius dī
respondens aūt ihs· dixit· beatus
sy ionā· quia caro et sanguis
non revelavit tibi· sed pater meus
qui in celis est· et ego dico tibi· quia
tues petrus· et sup hanc petrā
ędificabo ecclām meam· et porte in
feri non prevalebunt adversus eam·
et tibi dabo claues regni celorum·
et quodcunq· ligaueris sup terrā

tuos patiatur. Actq; ad hec dixit dominus
ad petrum. Symon symon. ecce satanas
expetiuit vos ut cribraret sicut triticum
sed ego rogaui pro te ut non deficiat fides
tua. et tu aliquando conuersus confirma
fratres tuos. Ait illi simon dne tecum
paratus sum et in carcerem et in mortem
ire. Dixit autem ei dominus. Dico tibi petre
non cantabit hodie gallus donec ter abneges
me scire. Et dixit eis. Quando misi vos sine
sacculo et pera et calciamentis numquid
aliquid defuit vobis. At illi dixerunt. nichil.
Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum
tollat similiter et peram. et qui non habet
vendat tunicam suam et emat gladium.
Dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod
scriptum est oportet impleri in me. Et cum
iniquis deputatus est. Etenim ea que de me
sunt finem habent. Illi autem dixerunt.
Domine ecce gladii duo hic at ille dixit eis.
Satis est. Et egressus ibat secundum
consuetudinem in montem oliueti. Secuti
autem illum et discipuli eius. Cum autem
venisset ad locum dixit illis. Orate ne
intretis in temptationem. Et ipse auulsus
est ab eis quantum jactus est lapidis et
positis genibus orabat dicens. Pater si
vis transfer calicem istum a me. Verumtamen
non mea voluntas sed tua fiat. Apparuit
autem illi angelus de celo confortans eum.
Et factus in agonia prolixius orabat.
Factus est sudor eius sicut guttae sanguinis
decurrentis in terram. Et surrexit ab oratione
et venit ad discipulos suos. Et dormientes
reperit eos pre tristitia. Et dixit illis.
Quid dormitis surgite et orate ne intretis
in temptationem. Adhuc eo loquente ecce
turba. Et ante eos qui dicebatur iudas unus
de duodecim. Et accessit ad iesum ut osculum
daret ei. Iesus autem dixit illi. Iuda osculo
filium hominis tradis. Videntes autem hi
qui circa eum erant quod futurum erat
dixerunt domine si percutimus in gladio.
Et percussit unus ex illis seruum principis
sacerdotum et amputauit auriculam eius
dexteram. Respondens autem iesus ait.
Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam
eius sanauit eum. Dixit autem iesus ad
principes sacerdotum et magistratus templi
et seniores qui venerant ad se. Quasi ad
latronem existis cum gladiis et fustibus.
Cum quotidie vobiscum fuerim in templo
non extendistis manus in me. Sed hec est
hora vestra et potestas tenebrarum. Tenuerunt
autem eum et duxerunt adducentes eum in
domum principis sacerdotum. Petrus autem
sequebatur a longe. Circumsedentibus autem
illis petrus sedebat in medio eorum. Quem
cum vidisset ancilla quedam sedentem ad
lumen et eum fuisset intuita dixit. Et hic
cum illo erat. Ille autem negauit eum dicens.
Mulier non noui illum. Et post modicum
alius videns eum dixit. Et tu ex illis es.
Petrus autem ait. Homo non sum. Et
intermissa quasi hora una alius quidam
affirmabat dicens. Vere et hic cum illo erat
nam et galileus est. Et ait petrus. Homo
nescio quod dicis. Et statim adhuc eo
loquente cantauit gallus. Et conuersus
dominus respexit petrum. Et recordatus est
petrus verbi domini sicut dixerat. Quia
priusquam gallus cantet ter me negabis.
Et egressus foras flevit amare. Et viri qui
tenebant illum illudebant ei et percutientes
velauerunt eum et interrogabant eum dicentes.
Prophetiza nobis christe quis est qui te
percussit. Et alia multa blasphemantes
dicebant in eum. Et ut factus est dies
congregatum est seniorum plebis principes
sacerdotum et scribe et duxerunt illum in
concilium suum dicentes. Si tu es christus
dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero non
credetis mihi. Si autem et interrogauero non
respondebitis mihi neque dimittetis. Ex hoc
autem erit filius hominis sedebit a dextris
virtutis dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo
es filius dei. Qui ait vos dicitis quia ego sum.
At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus
testimonium. Ipsi enim audiuimus de ore
eius. Et surgens omnis multitudo eorum
duxerunt illum ad pilatum. Ceperunt autem
illum accusare dicentes. Hunc inuenimus
subuertentem gentem nostram et prohibentem
tributa dare cesari et dicentem se christum
regem esse. Pilatus autem interrogauit eum
dicens. Tu es rex iudeorum. At ille respondens
ait. Tu dicis. Pilatus autem ait ad principes
sacerdotum et turbas. Nichil inuenio cause
in homine hoc. At illi inualescebant dicentes.
Commouet populum docens per uniuersam
iudeam incipiens a galilea usque huc. Pilatus
autem audiens galileam interrogauit si homo
galileus esset. Et ut cognouit quod de
herodis potestate esset remisit eum herodi
qui et ipse iherosolimis erat illis diebus.
Herodes autem uidens iesum gauisus est
nimis erat enim cupiens ex multo tempore
uidere eum eo quod audisset multa de eo
et sperabat signum aliquod uideri a
eo. Interrogabat autem eum multis sermonibus
at ipse nichil illi respondebat. Stabant autem
principes sacerdotum et scribe constanter
accusantes eum. Sprevit autem illum herodes
cum exercitu suo et inridens indutum veste
alba remisit ad pilatum. Facti sunt autem
amici herodes et pilatus in ipsa die nam
antea inimici erant ad invicem. Pilatus autem
conuocatis principibus sacerdotum et magistratibus
et plebe dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc
hominem quasi auertentem populum et ecce
ego coram vobis nullam causam inueni in
homine hoc ex his in quibus eum accusatis.
Sed neque herodes. Nam remisi vos ad illum
et ecce nichil dignum morte actum est ei.
Emendatum ergo illum dimittam. Necesse
autem habebat dimittere eis per diem festum
unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba
dicentes. Tolle hunc et dimitte nobis barabbam.
Qui erat propter seditionem quandam factam
in ciuitate et homicidium missus in carcerem.
Iterum autem pilatus locutus est ad eos
uolens dimittere iesum. At illi contra
clamabant dicentes. Crucifige crucifige eum.
Tertio autem dixit illis. Quid enim mali fecit
iste nullam causam mortis inuenio in eo
corripiam ergo illum et dimittam. Illi autem
instabant uocibus magnis postulantes ut
crucifigeretur et inualescebant clamores eorum.
Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum
dimisit autem eum qui propter homicidium
et seditionem missus fuerat in carcerem quem
petebant. Iesum autem tradidit uoluntati eorum.
Et cum duceretur apprehenderunt simonem
quendam cyrenensem uenientem de uilla et
imposuerunt illi crucem portare post iesum.
Sequebatur autem eum multa turba populi
et mulierum quae lamentabantur et planctum
dabant eum. Conuersus autem ad illas iesus
dixit. Filie hierusalem nolite flere super me
sed super uos ipsas flete et super filios
uestros. Quia ecce uenient dies in quibus
dicent. Beate steriles et uentres qui non
genuerunt et ubera quae non lactauerunt.
Tunc incipient dicere montibus. Cadite
super nos et collibus. Operite nos. Quia si
in uiridi ligno haec faciunt in arido quid
fiet. Ducebantur autem et alii duo nequam
cum eo ut interficerentur. Et postquam
uenerunt in locum qui uocatur caluarie
ibi crucifixerunt eum et latrones unum a
dextris et alterum a sinistris iesus autem
dicebat. Pater dimitte illis non enim sciunt
quid faciunt. Diuidentes autem uestimenta
eius miserunt sortem. Et stabat populus
spectans et irridebant eum principes cum
eis dicentes. Alios saluos fecit se ipsum
saluum faciat si hic est christus dei electus.
Illudebant autem ei et milites accedentes
et acetum offerentes ei et dicentes. Si tu es
rex iudeorum saluum te fac. Erat autem
et superscriptio scripta super eum litteris
grecis et latinis et hebraicis. Hic est rex
iudeorum. Unus autem de his qui pendebant
latronibus blasphemabat eum dicens. Si tu es
christus saluum fac temetipsum et nos.
Respondens autem alter increpabat eum
dicens. Neque tu times deum quod in eadem
damnatione es. Et nos quidem iuste nam
digna factis recipimus hic autem nichil mali
gessit. Et dicebat ad iesum. Memento mei
domine dum veneris in regnum tuum. Et
dixit illi iesus. Amen dico tibi hodie mecum
eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta
et tenebre facte sunt in uniuersam terram
usque ad horam nonam. Et obscuratus est
sol et uelum templi scissum est medium.
Et clamans uoce magna iesus ait. Pater in
manus tuas commendo spiritum meum. Et
hec dicens expirauit. Videns autem centurio
quod factum fuerat glorificauit deum dicens.
Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba
eorum qui simul aderant ad spectaculum istud
et uidebant quae fiebant percutientes pectora
sua revertebantur. Stabant autem omnes notui
eius a longe et mulieres quae secutae eum
erant a galilea haec uidentes. Et ecce uir
nomine ioseph qui erat decurio bonus et
iustus hic non consentiebat consilio et actibus
eorum ab arimathia ciuitate iudee qui
exspectabat et ipse regnum dei. Hic accessit
ad pilatum et petiit corpus iesu et depositum
inuolutum sindone posuit eum in sepulchro
excisum in quo nondum quisquam positus
fuerat. Et dies erat parasceues et sabbatum
inlucescebat. Secute autem mulieres quae
uenerant cum eo de galilea uiderunt
monumentum et quemadmodum positum
esset corpus eius. Et reuertentes parauerunt
aromata et unguenta et sabbato quidem
siluerunt secundum mandatum.

Una autem sabbatorum uenerunt ad
monumentum ualde diluculo portantes
quae parauerant aromata et quidam
adducebant illas ad monumentum reuolutum
lapidem inuenerunt a monumento. Et
introeuntes non inuenerunt corpus domini
iesu. Et factum est dum mente consternate
essent de hac re ecce duo uiri astiterunt
iuxta illas in ueste fulgenti. Cum timerent
autem et declinarent facies deorsum dixerunt
ad illas. Quid quaeritis uiuentem cum mortuis
non est hic sed surrexit. Recordamini quomodo
locutus est uobis cum adhuc esset in galilea
dicens filium hominis oportet tradi in manus
hominum peccatorum et crucifigi et die tertia
resurgere. Et recordate sunt uerborum eius
et regressae a monumento nuntiauerunt haec
omnia illi undecim et ceteris omnibus. Erant
autem maria magdalene et iohanna et maria
iacobi et ceterae quae cum eis erant quae
dicebant ad apostolos haec. Et uisa sunt ante
illos sicut deliramentum verba et non
credebant illis. Petrus autem surgens
cucurrit ad monumentum et procumbens
uidit sola linteamina et abiit secum mirans
quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis
ibant ipsa die in castellum quod erat in
spatio stadiorum sexaginta ab hierusalem
nomine emmaus et ipsi loquebantur ad
inuicem de his omnibus quae acciderant.
Et factum est dum fabularentur et secum
quaererent et ipse iesus adpropinquans
ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur
ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sermones
hi quos confertis ad inuicem ambulantes et
estis tristes. Et respondens unus cui nomen
cleophas dixit ei. Tu solus peregrinus es in
hierusalem et non cognouisti quae facta sunt
in ea in diebus istis. Et ait illis. Quae. Et
dixerunt de iesu nazareno qui fuit uir propheta
potens in opere et sermone coram deo et
omni populo. Et quomodo tradiderunt eum
principes sacerdotum et nostri in damnationem
mortis crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus
quia ipse esset redempturus israhel et nunc
super haec omnia tertia dies hodie quae haec
facta sunt. Sed et mulieres quaedam ex nostris
terruerunt nos quae ante lucem fuerunt
monumentum et non inuentis corpus eius
uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum
uidisse qui dicunt eum uiuere. Et abierunt
quidam ex nostris ad monumentum et ita
inuenerunt sicut mulieres dixerunt ipsum
uero non uiderunt. Et ipse dixit ad eos.
O stulti et tardi corde ad credendum in
omnibus quae locuti sunt prophetae. Nonne
haec oportuit pati christum et ita intrare
in gloriam suam. Et incipiens a moyse et
omnibus prophetis interpretabatur illis in
omnibus scripturis quae de ipso erant.
Et appropinquabant castello quo ibant et
ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum
dicentes. Mane nobiscum quoniam aduesperascit
et inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis.
Et factum est dum recumberet cum eis
accepit panem et benedixit ac fregit et
porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum
et cognouerunt eum et ipse euanuit ex oculis
eorum. Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor
nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur
in uia et aperiret nobis scripturas. Et
surgentes eadem hora regressi sunt in
hierusalem et inuenerunt congregatos undecim
et eos qui cum illis erant dicentes quod
surrexit dominus uere et apparuit simoni.
Et ipsi narrabant quae gesta erant in uia
et quomodo cognouerunt eum in fractione
panis. Dum autem haec loquuntur stetit
iesus in medio eorum et dicit eis. Pax
uobis. Ego sum nolite timere. Conturbati
autem et conterriti existimabant se spiritum
uidere. Et dixit eis. Quid turbati estis et
cogitationes ascendunt in corda uestra.
Videte manus meas et pedes meos quia ego
ipse. Palpate et uidete quia spiritus carnem
et ossa non habet sicut me uidetis habere.
Et cum haec dixisset ostendit eis manus et
pedes. Adhuc autem illis non credentibus
et mirantibus prae gaudio dixit. Habetis
hic aliquid quod manducetur. At illi
obtulerunt ei partem piscis assi et favum
mellis. Et cum manducasset coram eis
reliquias dedit illis. Et dixit ad eos. Haec
sunt uerba quae locutus sum ad uos adhuc
cum essem uobiscum quoniam necesse est
impleri omnia quae scripta sunt in lege
moysi et prophetis et psalmis de me. Tunc
aperuit illis sensum ut intellegerent scripturas.
Et dixit eis. Quia sic scriptum est et sic
oportebat christum pati et resurgere a
mortuis tertia die et praedicari in nomine
eius paenitentiam et remissionem peccatorum
in omnes gentes incipientibus ab hierusalem.
Vos autem testes estis horum. Et ego
mitto promissum patris mei in uos. Vos
autem sedete in ciuitate quoadusque
induamini uirtute ex alto. Eduxit autem
illos foras in bethaniam et leuatis manibus
suis benedixit illis. Et factum est dum
benedicit illis recessit ab eis et ferebatur
in caelum. Et ipsi adorantes regressi sunt
in hierusalem cum gaudio magno et erant
semper in templo laudantes et benedicentes
deum amen.

…ADOLE· ET NOLITE DESPICERE
…RUNT IN PACE DISCIPULI ET FACTA
…LOC· ET FACTUS EST IN
…OIM QUIDEM VERBO ET NOLITE
…LEGENTES NOLUERUNT
…SCED DIXERUNT NON SIT HUMANUM· ET
…SCENDENTIBUS IN ODONTE· PRE
CEPTIS DICENS· NE IN VIAM GENTIUM ABIERITIS· ET
…ONEM· DONEC PLENITUDO OMNIS ADVENIAT
…RESCAT· EUM CLAMORE CLAMAVERUNT EUNTES DIS
CIPULI DICENTES QUI PROPTEREA SCRIBE DICUNT
QUOD ELIAM OPORTET PRIMUM VENIRE·
AUTEM RESPONDENS· AIT EIS HELIAS QUIDE
DEM VENIET ET RESTITUET OMNIA·
DICO AUTEM VOBIS· QUIA HELIAS IAM VENIT
ET NON COGNOVERUNT EUM· SED FECERUNT
IN EO QUECUMQUE VOLUERUNT· SIC ET FILI
US HOMINIS PASSURUS EST AB EIS· TUNC
INTELLEXERUNT DISCIPULI· QUIA DE IOHAN
NE BAPTISTA DIXISSET EIS· ET CUM VENIS
SET AD TURBAM· ACCESSIT AD EUM HOMO
QUIDAM PROVOLUTUS GENU EIUS
DICENS DOMINE MISERERE FILIO MEO· QUIA LUNATICUS

est et dimisit eum. Et cum introisset in
navicula transfretavit et venit in
suam civitatem. Et ecce offerebant
ei hominem paralyticum jacentem
in lecto. Et videns Jesus fidem illorum
dixit paralytico: Confide fili remittuntur
tibi peccata tua. Et ecce quidam de
scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat.
Et cum videret Jesus cogitationes eorum
dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus
vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur
tibi peccata tua, an dicere: Surge et ambula?
Ut autem sciatis quia Filius hominis habet
potestatem in terra dimittendi peccata,
tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum
tuum et vade in domum tuam. Et surrexit
et abiit in domum suam. Videntes autem
turbae timuerunt et glorificaverunt
Deum qui dedit potestatem talem hominibus.
Et cum transiret Jesus inde vidit hominem
sedentem in telonio Matthaeum nomine,
et ait illi: Sequere me. Et surgens secutus
est eum. Et factum est dum recumberet
in domo illius, et ecce multi publicani
et peccatores venientes discumbebant
cum Jesu et discipulis ejus. Et videntes
pharisaei dicebant discipulis ejus:
Quare cum publicanis et peccatoribus
manducat magister vester? Jesus autem
audiens ait illis: Non egent sani medico,
sed qui male habent. Euntes autem discite
quid est: Misericordiam volo et non sacrificium.
Non enim veni vocare justos, sed peccatores.
Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis
dicentes: Quare nos et pharisaei jejunamus
frequenter, discipuli autem tui non jejunant?
Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii
sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus?
Venient autem dies, cum auferetur ab eis
sponsus, et tunc jejunabunt. Nemo autem
committit figmentum rudis pannum
in vestimento vetere; tollit enim plenitudinem
ejus vestimentum, et peior scissura fit.
Neque mittunt vinum novum in utres veteres;
alioquin rumpuntur utres, et vinum effunditur,
et utres pereunt; sed vinum novum in utres
novos mittunt, et utraque conservantur.
Adhuc eo loquente ad illos, ecce princeps
unus accessit et adorabat eum dicens:
Domine, filia mea modo defuncta est;
sed veni, impone manum tuam super eam,
et vivet. Et surgens Jesus sequebatur eum
et discipuli ejus. Et ecce mulier quae sanguinis
fluxum patiebatur duodecim annis accessit
retro et tetigit fimbriam vestimenti ejus.
Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum
vestimentum ejus, salva ero. At Jesus conversus
et videns eam dixit: Confide, filia, fides tua
te salvam fecit. Et salva facta est mulier
ex hora illa. Et cum venisset Jesus in domum
principis et vidisset tibicines et turbam
tumultuantem, dicebat: Recedite, non enim
mortua est puella, sed dormit. Et deridebant
eum. Et cum ejecta fuisset turba, introivit
et tenuit manum ejus, et surrexit puella.
Et exivit fama haec in universam terram illam.
Et transeunti inde Jesu secuti sunt duo caeci
clamantes et dicentes: Miserere nostri,
fili David. Cum autem venisset domum,
accesserunt ad eum caeci, et dicit eis Jesus:
Creditis quia possum hoc facere vobis?
Dicunt ei: Utique, Domine. Tunc tetigit
oculos eorum dicens: Secundum fidem
vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum,
et comminatus est illis Jesus dicens:
Videte ne quis sciat. At illi exeuntes
diffamaverunt eum in universa terra illa.
Exeuntibus autem illis, ecce obtulerunt
ei hominem mutum daemonium habentem.
Et ejecto daemonio locutus est mutus,
et admirata sunt turbae dicentes: Numquam
apparuit sic in Israel. Pharisaei autem
dicebant: In principe daemoniorum
ejicit daemonia. Et circuibat Jesus
civitates omnes et castella docens in
synagogis eorum et praedicans evangelium
regni et curans omnem languorem
et omnem infirmitatem. Videns autem
turbas misertus est eis, quia erant
vexati et jacentes sicut oves non habentes
pastorem. Tunc dicit discipulis suis:
Messis quidem multa, operarii autem pauci.
Rogate ergo dominum messis ut mittat
operarios in messem suam. Et convocatis
duodecim discipulis suis dedit illis
potestatem spirituum immundorum,
ut ejicerent eos et curarent omnem
languorem et omnem infirmitatem.
Nomina autem duodecim apostolorum
sunt haec: Primus Simon qui dicitur
Petrus et Andreas frater ejus; Jacobus
Zebedaei et Joannes frater ejus; Philippus
et Bartholomaeus; Thomas et Matthaeus
publicanus; Jacobus Alphaei et Thaddaeus;
Simon Chananaeus et Judas Iscariotes,
qui et tradidit eum. Hos duodecim misit
Jesus praecipiens eis dicens: In viam
gentium ne abieritis et in civitates
Samaritanorum ne introieritis; sed
potius ite ad oves quae perierunt domus
Israel. Euntes autem praedicate dicentes:
Quia appropinquavit regnum caelorum.
Infirmos curate, mundate leprosos,
mortuos suscitate, daemonia ejicite.
Gratis accepistis, gratis date. Nolite
possidere aurum neque argentum neque
pecuniam in zonis vestris, non peram
in via neque duas tunicas neque calceamenta
neque virgam. Dignus enim est operarius
cibo suo. In quamcumque autem civitatem
aut castellum intraveritis, requirite
quis in ea dignus sit, et ibi manete
donec exeatis. Intrantes autem in domum
salutate eam dicentes: Pax huic domui.
Et si quidem fuerit domus illa digna,
veniat pax vestra super eam; si autem
non fuerit digna, pax vestra ad vos
revertatur. Et quicumque non receperit
vos neque audierit sermones vestros,
exeuntes foras domum vel civitatem illam,
excutite pulverem pedum vestrorum.
Amen dico vobis: Tolerabilius erit terrae
Sodomorum et Gomorrhaeorum in die
judicii quam illi civitati. Ecce ego mitto
vos sicut oves in medio luporum. Estote
ergo prudentes sicut serpentes et simplices
sicut columbae. Cavete autem ab hominibus.
Tradent enim vos in conciliis suis et in
synagogis suis flagellabunt vos. Et ante
praesides autem et reges ducemini propter
me in testimonium illis et gentibus.
Cum autem tradent vos, nolite cogitare
quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim
vobis in illa hora quid loquamini. Non
enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus
Patris vestri qui loquitur in vobis.
Tradet autem frater fratrem in mortem
et pater filium, et insurgent filii in parentes
et morte afficient eos. Et eritis odio
omnibus propter nomen meum. Qui autem
perseverabit usque in finem, hic salvus
erit. Cum autem persecuti vos fuerint
in civitate hac, fugite in aliam. Amen
dico vobis: Non consummabitis civitates
Israel donec veniat Filius hominis.
Non est discipulus super magistrum
neque servus supra dominum suum.
Sufficit discipulo ut sit sicut magister
ejus et servus sicut dominus ejus.
Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt,
quanto magis domesticos ejus? Nolite
ergo timere eos. Nihil enim opertum
quod non revelabitur, et occultum quod
non sciatur. Quod dico vobis in tenebris,
dicite in lumine; et quod in aure auditis,
praedicate super tecta. Et nolite timere
eos qui occidunt corpus, animam autem
non possunt occidere; sed timete magis
eum qui potest et animam et corpus
perdere in gehenna. Nonne duo passeres
asse veneunt? Et unus ex illis non cadet
super terram sine Patre vestro. Vestri
autem capilli capitis omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere: multis passeribus
pluris estis vos. Omnis ergo qui confitebitur
me coram hominibus, confitebor et ego
eum coram Patre meo qui in caelis est.
Qui autem negaverit me coram hominibus,
negabo et ego eum coram Patre meo qui
in caelis est. Nolite putare quia veni
pacem mittere in terram; non veni pacem
mittere sed gladium. Veni enim separare
hominem adversus patrem suum et filiam
adversus matrem suam et nurum adversus
socrum suam, et inimici hominis domestici
ejus. Qui amat patrem aut matrem plus
quam me non est me dignus; et qui amat
filium aut filiam plus quam me non est
me dignus. Et qui non accipit crucem suam
et sequitur me non est me dignus. Qui
invenerit animam suam perdet eam,
et qui perdiderit animam suam propter me
inveniet eam. Qui recipit vos me recipit,
et qui me recipit recipit eum qui misit me.
Qui recipit prophetam in nomine prophetae
mercedem prophetae accipiet, et qui recipit
justum in nomine justi mercedem justi
accipiet. Et quicumque potum dederit
uni ex minimis istis calicem aquae frigidae
tantum in nomine discipuli, amen dico vobis,
non perdet mercedem suam. Et factum est
cum consummasset Jesus praecipiens
duodecim discipulis suis, transiit inde
ut doceret et praedicaret in civitatibus
eorum. Joannes autem audiens in vinculis
opera Christi, duo ex discipulis suis
ait illi: Tu es qui venturus es, an alium
exspectamus? Et respondens Jesus dixit
illis: Euntes renuntiate Joanni quae audistis
et videtis: caeci vident, claudi ambulant,
leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui
resurgunt, pauperes evangelizantur;
et beatus est qui non fuerit scandalizatus
in me. Illis autem abeuntibus coepit
dicere ad turbas de Joanne: Quid existis
in desertum videre? Arundinem vento
agitatam? Sed quid existis videre? Hominem
mollibus vestimentis indutum? Ecce qui
mollibus vestimentis vestiuntur in domibus
regum sunt. Sed quid existis videre?
Prophetam? Etiam dico vobis, et plus
quam prophetam. Hic est enim de quo
scriptum est: Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam, qui praeparabit
viam tuam ante te. Amen dico vobis:
Non surrexit inter natos mulierum
major Joanne Baptista; qui autem minor
est in regno caelorum major est illo.
A diebus autem Joannis Baptistae usque
nunc regnum caelorum vim patitur,
et violenti rapiunt illud. Omnes enim
prophetae et lex usque ad Joannem prophetaverunt;
et si vultis recipere, ipse est Elias qui
venturus est. Qui habet aures audiendi,
audiat. Cui autem similem aestimabo
generationem istam? Similis est pueris
sedentibus in foro, qui clamantes
dicunt sodalibus suis: Lusimus vobis
tibia, et non saltastis; lamentavimus,
et non planxistis. Venit enim Joannes
neque manducans neque bibens, et dicunt:
Daemonium habet. Venit Filius hominis
manducans et bibens, et dicunt: Ecce homo
devorator et bibens vinum, publicanorum
et peccatorum amicus. Et justificata est
sapientia a filiis suis. Tunc coepit exprobrare
civitatibus in quibus factae sunt plurimae
virtutes eius, quia non egerunt paenitentiam:
Vae tibi, Corozain, vae tibi, Bethsaida,
quia si in Tyro et Sidone factae essent
virtutes quae factae sunt in vobis,
olim in cilicio et cinere paenitentiam
egissent. Verumtamen dico vobis: Tyro
et Sidoni remissius erit in die judicii
quam vobis. Et tu, Capharnaum, numquid
usque in caelum exaltaberis? Usque
in infernum descendes. Quia si in Sodomis
factae essent virtutes quae factae sunt
in te, forte remansissent usque in hodiernum
diem. Verumtamen dico vobis: Quia terrae
Sodomorum remissius erit in die judicii
quam tibi. In illo tempore respondens
Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine
caeli et terrae, quia abscondisti haec
a sapientibus et prudentibus et revelasti
ea parvulis. Etiam, Pater, quoniam sic
fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita
sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium
nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi
Filius et cui voluerit Filius revelare.
Venite ad me omnes qui laboratis et onerati
estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum
meum super vos et discite a me, quia mitis
sum et humilis corde, et invenietis requiem
animabus vestris. Jugum enim meum suave
est et onus meum leve. In illo tempore
ambulavit Jesus sabbatis per sata;
discipuli autem eius esurierunt et coeperunt
vellere spicas et manducare. Pharisaei
autem videntes dixerunt ei: Ecce discipuli
tui faciunt quod non licet facere sabbatis.
At ipse dixit eis: Numquam legistis quid
fecerit David, quando esuriit ipse et qui
cum eo erant, quomodo intravit in domum
Dei et panes propositionis manducavit,
quos non licebat ei manducare neque
his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?
Aut non legistis in lege quia sabbatis
sacerdotes in templo sabbatum violant
et sine crimine sunt? Dico autem vobis
quia templo maius hic est. Si autem scissetis
quid est: Misericordiam volo et non sacrificium,
numquam condemnassetis innocentes.
Dominus enim est filius hominis etiam sabbati.
Et cum inde transisset, venit in synagogam
eorum. Et ecce homo manum habens aridam,
et interrogaverunt eum dicentes: Si licet
sabbatis curare? ut accusarent eum.
Qui ait illis: Quis erit ex vobis homo
qui habeat ovem unam et si haec cadat
sabbatis in foveam, nonne tenebit et levabit?
Quanto magis homo ovi pretiosior est!
Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait
homini: Extende manum tuam. Et extendit,
et restituta est sanitati sicut altera.
Exeuntes autem pharisaei consilium fecerunt
adversus eum quemadmodum eum perderent.
Jesus autem sciens secessit inde et secutae
sunt eum turbae multae et curavit eos omnes
et praecepit eis ne manifestum eum facerent,
ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam
prophetam dicentem: Ecce puer meus quem
elegi, dilectus meus in quo bene complacuit
sibi anima mea. Ponam spiritum meum super
eum et judicium gentibus adnuntiabit.
Non contendet neque clamabit neque
audiet quisquam in plateis vocem eius.
Arundinem quassatam non conteret et linum
fumigans non extinguet donec eiciat
ad victoriam judicium. Et in nomine eius
gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei
daemonium habens, caecus et mutus,
et curavit eum, ita ut caecus loqueretur
et videret. Et stupebant omnes turbae
et dicebant: Numquid hic est filius David?
Pharisaei autem audientes dixerunt:
Hic non eicit daemonia nisi in Beelzebub
principe daemoniorum. Et cum videret
Jesus cogitationes eorum dixit eis:
Omne regnum divisum contra se desolabitur,
et omnis civitas vel domus divisa contra
se non stabit. Et si Satanas Satanam ejicit,
contra se divisus est; quomodo ergo stabit
regnum eius? Et si ego in Beelzebub ejicio
daemonia, filii vestri in quo ejiciunt?
Ideo ipsi judices vestri erunt. Si autem
in Spiritu Dei ejicio daemonia, profecto
pervenit in vos regnum Dei. Aut quomodo
potest quis intrare in domum fortis et vasa
eius diripere, nisi prius fortem ligaverit?
Et tunc domum eius diripiet. Qui non est
mecum contra me est, et qui non colligit
mecum spargit. Ideo dico vobis: Omne
peccatum et blasphemia remittetur hominibus,
Spiritus autem blasphemia non remittetur.
Et quicumque dixerit verbum contra filium
hominis, remittetur ei; qui autem dixerit
contra Spiritum sanctum, non remittetur
ei neque in hoc saeculo neque in futuro.
Aut facite arborem bonam et fructum eius
bonum, aut facite arborem malam et fructum
eius malum; de fructu enim arbor cognoscitur.
Progenies viperarum, quomodo potestis
bona loqui, cum sitis mali? Ex abundantia
enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono
thesauro profert bona, et malus homo de malo
thesauro profert mala. Dico autem vobis
quoniam omne verbum otiosum quod locuti
fuerint homines, reddent rationem de eo
in die judicii. Ex verbis enim tuis justificaberis
et ex verbis tuis condemnaberis. Tunc
quidam de scribis et pharisaeis respondentes
dixerunt ei: Magister, volumus a te signum
videre. At ipse respondens ait illis:
Generatio mala et adultera signum quaerit,
et signum non dabitur ei nisi signum Jonae
prophetae. Sicut enim fuit Jonas in ventre
ceti tribus diebus et tribus noctibus,
sic erit filius hominis in corde terrae
tribus diebus et tribus noctibus. Viri
Ninivitae surgent in judicio cum generatione
ista et condemnabunt eam, quia paenitentiam
egerunt in praedicatione Jonae, et ecce
plus quam Jonas hic. Regina austri surget
in judicio cum viris generationis istius
et condemnabit eos, quia venit a finibus
terrae audire sapientiam Salomonis, et ecce
plus quam Salomon hic. Cum autem immundus
spiritus exierit de homine, ambulat per loca
arida quaerens requiem et non invenit.
Tunc dicit: Revertar in domum meam unde
exivi. Et cum venerit, invenit eam vacantem,
scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit
et assumit septem alios spiritus secum
nequiores se, et intrantes habitant ibi.
Et fiunt novissima hominis illius pejora
prioribus. Sic erit et generationi huic
pessimae. Adhuc illo loquente ad turbas,
ecce mater eius et fratres stabant foris
quaerentes loqui ei. Dixit autem quidam
illi: Ecce mater tua et fratres tui foris
stant quaerentes te. At ille respondens
dicenti sibi ait: Quae est mater mea et qui
sunt fratres mei? Et extendens manum
in discipulos suos dixit: Ecce mater mea
et fratres mei. Quicumque enim fecerit
voluntatem Patris mei qui in caelis est,
ipse meus frater et soror et mater est.
In illo die exiens Jesus de domo sedebat
secus mare. Et congregatae sunt ad eum
turbae multae, ita ut navem ascendens
sederet, et omnis turba stabat in litore.
Et locutus est eis multa in parabolis dicens:
Ecce exiit qui seminat seminare. Et dum
seminat, quaedam cecidit secus viam,
et venerunt volucres et comederunt illud.
Aliud cecidit super petrosa, ubi non habuit
terram multam, et continuo exortum est,
quia non habebat altitudinem terrae.
Sole autem orto aestuavit et, quia radicem
non habebat, aruit. Et aliud cecidit inter
spinas, et ascenderunt spinae et suffocaverunt
illud. Aliud autem cecidit in terram bonam
et dabat fructum, aliud centesimum,
aliud sexagesimum, aliud tricesimum.
Qui habet aures audiendi, audiat.
Et accedentes discipuli dixerunt ei:
Quare in parabolis loqueris eis? At ille
respondens ait illis: Quia vobis datum est
nosse mysteria regni caelorum, illis autem
non est datum. Qui enim habet, dabitur
ei et abundabit; qui autem non habet,
et quod habet auferetur ab eo. Propterea
in parabolis loquor eis, quia videntes
non videant et audientes non audiant
neque intellegant. Et adimplebitur in eis
prophetia Isaiae dicentis: Auditu audietis
et non intellegetis, et videntes videbitis
et non videbitis. Incrassatum est enim
cor populi huius et auribus gravi audierunt
et oculos suos clauserunt, nequando videant
oculis et auribus audiant et corde intellegant
et convertantur et sanem eos. Vestri autem
beati oculi quia vident et aures vestrae
quia audiunt. Amen enim dico vobis quia
multi prophetae et justi desiderarunt
videre quae vos videtis et non viderunt,
et audire quae audistis et non audierunt.
Vos ergo audite parabolam seminantis.
Omnis audiens verbum regni et non intellegens
venit malus et rapit quod seminatum est
in corde eius. Hic est qui semen accepit
secus viam. Qui autem supra petrosa
seminatus est, hic est qui verbum audit
aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquae
salientis in uitam aeternam. Dicit ad eum
mulier. Dne da mihi hanc aquam ut
non sitiam neq; ueniam huc haurire. Dicit ei
ih̄s uade uoca uirum tuum & ueni huc.

Respondit mulier & dixit. Non habeo vi
rum. Dicit ihs. Bene dixisti quia non ha-
beo virum. quinq; enim viros habuisti
& nunc quem habes non est tuus. hoc ver-
dixisti. Dicit mulier. Domine video quia pro
pheta es tu. patres nri in monte hoc ado-
rauerunt. & vos dicitis quia Ierosolymis
est locus ubi adorare oportet. Dicit ihs
mulieri. Crede mihi mulier quia venit hora. quan
do neq; in monte hoc. neq; in hierosolymis
adorabitis patrem. vos adoratis quod nes
citis. nos adoramus quod scimus. quia sa
lus ex iudeis est. sed venit hora & nunc est
quando veri adoratores adorabunt patrem
in spu & veritate. Nam & pater tales quae
rit qui adorent eum. spūs deus & eos qui
adorant eum. in spu & veritate oportet
adorare. Dicit ei mulier. Scio quia mes
sias venit. qui dicit xps. Cum ergo venerit
ille nob adnuntiabit omnia. Dicit ei ihs.
Ego sum qui loquor tecum. Et continuo
venerunt discipuli ei. & mirabantur quia cū
muliere loquebatur. Nemo tamen dixit
quid queris aut quid loqueris cum ea. Re
liquit ergo hydriam suam mulier & abiit
in ciuitatem. & dicit illis hominibus. Venite

&uid&e hominem quidixit mihi omnia
quecumque fecit. Numquidipse ẽ xp̃s
&ie decunta [illegible] te &uemebant adeum
Interea rogabant eum discipuli dicentes
Rabbi manduca. Ille autem dixit eis. Ego
cibum habeo manducare quem uos nescitis
Dicebant ergo discipuli ad inuicem
Numquid aliquis attulit manducare.
Dicit eis ihs. Meus cibus est ut faciam uo
luntatem eius qui misit me ut perficiam
opus eius. Nonne uos dicitis. quod adhuc
quatuor menses sunt & messis uenit
Ecce dico uobis. Leuate oculos uros & ui
dete regiones quia albe sunt iam ad messe
Et qui& mercedem accipit. & congregat
fructum in uitam a&ternam. Ut & qui se
minat. simul gaudeat & qui& Inhoc
enim est uerbum uerum. quia alius est
qui seminat. & alius est qui& Ego
misi uos metere quod uos non laborastis
Alii laborauerunt. & uos in labores eorũ
introistis. Ex ciuitate autem illa. multi
crediderunt in eum samaritanorum. ppter
uerbum mulieris testimonium perhibentis. quia dixit mihi omnia quecumque
fecit. Cum uenissent ergo ad illum samaritani

regauerant eum ut ibi maneret. & man
sit ibi duos dies. & multo plures credide
runt propter sermonem eius & mulier
dicebant. quia iam non propter tuam lo
quellam credimus. Ipsi enim audiuimus
& scimus quia hic est uere saluator mundi
Post duos autem dies exiit inde & abiit in galile
am. Ipse enim ihs testimonium perhi
buit. quia propheta in sua patria honorem
non habet. Cum ergo uenisset in galileam
& ceperunt eum galilei. cum omnia uide
rent que fecerat hierosolimis in die festo
& ipsi enim uenerant in diem festum. uene
runt ergo rursum. in cana galilee. ubi fecit aquam
uinum. Erat quidam regulus. cuius filius
infirmabatur capharnaum. hic cum au
disset quia ihs aduenit a iudea in galileam
abiit ad eum. & rogabat eum ut descenderet
& sanaret filium eius. Incipiebat enim
mori. Dixit ergo ihs ad eum. Nisi signa
& prodigia uideritis. non creditis. Dicit ad
eum regulus. Domine descende priusquam mo
riatur filius meus. Dicit ihs. Vade filius
tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem
dixit ei ihs. & ibat. Iam autem eo descen
dente. serui occurrerunt ei & nunciantes

quia filius eius mouetur. Interroga
bat ergo horum aberat inquamelius habue
rint. & dixerunt ei quia heri hora septima.
reliquit eum febris. Cognouit ergo pater
quia illa hora erat inquadixit eisdē filius
tuus uiuit. & credidit ipse & domus eius tota.

Hoc iterum secundum signum fecit ihs cum
uenisset a iudea in galileam. Post hec
erat dies festus iudeorum. & ascendit ihs hie
rosolimā. Est autem hierosolimis supprobam
ca piscina quæ cognominatur hebraice beth
sayda quinq; porticus habens. In his iacebat
multitudo magna languentium cecorum.
claudorum. aridorum. & pectantium
aquæ motum. Angelus autem dñi secun
dum tempus descendebat in piscinam. & mo
uebatur aqua. & quis prior descendisset
in piscinam post motionem aquæ sanus
fiebat a quocumq; detinebatur infirmi
tate. Erat autem quidam homo ibi. in
firmus. & octo annos habens in infirmitate sua
hunc cum uidisset ihs iacentem. & cognouis
set quia multum iam tempus haberet.
dicit ei. uis sanus fieri. Respondit ei infir
mus. Dne hominem non habeo. ut cum
turbata fuerit aqua mittat me in piscinā.

[illegible] ergo ego [illegible]
dit. Dñe dñi. Surge tu[illegible]
& ambula. & dicam tibi [illegible]
Sitis ego grabatū [illegible]
Ut autē sciatis [illegible]
quodcunq; ligaueritis [illegible]
dixit. Tolle grabatū tuū [illegible]
in terra gauerunt ergo [illegible]
homo qui dixit tibi tolle grabatū tuum
& ambula. Videntes autem [illegible]
timuerunt. & glorificauerunt [illegible]
hominibus. Hic enim [illegible]
tuum in templo. & [illegible]
sanus factus es. iam noli peccare. ne [illegible]
tibi aliquid contingat. Abiit ille homo
& nunciauit iudeis. quia ihc esset qui
eum fecisset. Propterea persequebantur
iudei ihm. quia hec faciebat in sabbato. Ihc
autem respondit eis. Pater meus usq; mo
do operatur. & ego operor. propterea ergo
magis querebant eum iudei interficere
quia non solum solue[illegible]
patrem suum. dicebat deum. equalem se
faciens. Respondit itaq; ihc. & dixit eis

Cum uero eum ego aliquando me defen
dit. Dicit ei ihs. Surge. tolle grabatum tu
um. & ambula. Et statim sanus factus
est homo. & sustulit grabatum suum. & a
bulabat. Erat autem sabbatum in illo die
Dicebant ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sab
batum est. non licet tibi tollere grabatu
um. Respondit eis. Qui me fecit sanum
ille mihi dixit. tolle grabatum tuum &
ambula. Interrogauerunt ergo eum.
Qui est ille homo qui dixit tibi tolle gra
batum tuum & ambula. Is autem qui
sanus fuerat effecus nescibat qui est.
Ihs enim declinauit turba constituta
in loco. Postea inuenit eum ihs in templo
& dixit illi. Ecce sanus factus es. iam
noli peccare. ne deterius tibi aliquid con
tingat. Abiit ille homo & nunciauit
iudeis. qui ihs est. & quia fecit eum sanum
propter ea persequebantur iudei ihm
quia hec faciebat in sabbato. Ihs autem
respondit eis. Pater meus usque operatur
& ego operor. Propter ea ergo

magis quærebant eum iudei interficere
quia non solum soluebat sabbatum sed &
patrem suum dicebat deum æqualem se
faciens deo. Respondit itaque ihs. & dix
eis. Amen amen dico uobis. non potest
filius facere a se quicquam. nisi quod
uiderit patrem facientem. Quecunq;
enim ille fecerit. hæc & filius similiter
facit. Pater enim diligit filium & om
nia demonstrat ei que ipse facit. & ma
iora his demonstrabit ei opera ut uos mi
remini. Sicut enim pater suscitat mor
tuos & uiuificat. ita & filius quos uult
uiuificat. Neq; enim pater iudicat quemquam.
sed iudicium omne dedit filio. ut omnes
honorificent filium. sicut honorificant patrem
qui misit illum. Amen amen dico uobis.
quia qui uerbum meum audit & credit ei
qui misit me. habet uitam æternam
& in iudicium non uenit sed transit a
morte in uitam. Amen amen dico uobis.
quia uenit hora & nunc est. quando mor
tui audient uocem filii dei. & qui audi

erue uiuere · Sicut enim pater habet
uitam in semetipso · sic dedit & filio uitam
habere in semetipso · & potestatem dedit ei
& iudicium facere · quia filius hominis est ·
Nolite mirari hoc · quia uenit hora in qua
omnes qui in monumentis sunt · audient uocem
eius · & procedent · qui bona fecerunt · in resur-
rectionem uitæ · qui uero mala egerunt ·
in resurrectionem iudicii · Non possum ego
a me ipso facere quicquam · Sicut audio
iudico · & iudicium meum iustum est · Quia non
quæro uoluntatem meam · sed uoluntatem
eius qui misit me · Si ego testimonium
perhibeo de me · testimonium meum non
est uerum · Alius est qui testimonium
perhibet de me · & scio quia uerum est
testimonium quod perhibet de me · Uos
misistis ad Iohannem · & testimonium
perhibuit ueritati · Ego autem non
ab homine testimonium accipio · sed hæc dico ut uos
salui sitis · Ille erat lucerna ardens &
lucens · Uos autem uoluistis exultare
ad horam in luce eius · Ego autem

habeo testimonium maius iohanne opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiam ea
ipsa opera quæ ego facio testimonium perhibent de me quia pater misit me & qui
misit me pater ipse testimonium perhibuit de me. Neque uocem eius unquam
audistis neque speciem eius uidistis & uerbum eius non habetis manens in uobis quia
quem misit ille huic uos non creditis scrip-
turas quia uos putatis in ipsis
uitam æternam habere & illæ sunt quæ
testimonium perhibent de me & non uul-
tis uenire ad me ut uitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio sed uos non
cognoui quia dilectionem dei non habetis in uobis.
Ego ueni in nomine patris mei & non acci-
pitis me si alius uenerit in nomine suo illum
accipietis quomodo potestis uos credere qui
gloriam ab inuicem accipitis & gloriam quæ a so
lo deo non quæritis. Nolite putare quia ego
accusaturus sim uos apud patrem. est qui
accusat uos moyses in quo uos speratis. Si
enim crederetis moysi crederetis forsitan

&mihi. Deme enim ille scripsit. Siautē
illuis lucerisnonestdmis. quōdo meis uerbis
credēis.
quod est gaberiadis. & sequebatur eum multi
tudo magna. quia uidebant signa quæ fici
ebat. super his qui infirmabantur.
Subiit ergo iesus montem ihs. & ibi sedebat cum
discipulis suis. Erat aū pro ximum pascha
dies festus iudeorum. Cum sublenasset ergo
oculos ihs. & uidisset quia multitudo maxima
uenit ad eum. dicit ad philippum. unde eme
mus panes ut manducent hi. hoc autem
dicebat. temptans eum. ipse enim sciebat
quid esset facturus. Respondit philippus.
Ducentorum denariorum panes non sufficiunt
eis. ut unusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei unus. & discipulus eius andreas
frater simonis petri. Est puer unus hic qui
habet quinque panes ordiacios. & duos pis
ces. sed hæc quid sunt inter tantos. Dixit er
go. facite homines discumbere. Erat aū
fenum multum in loco. discubuerunt
ergo uiri numero quasi quinque milia.

accepit ergo panes ihs. & cũ gratias egisset
distribuit discumbentibus. Similiter &
& piscib; quantum uolebant. Ut autem
impleti sunt dixit discipulis suis: Colligite
que superauerunt fragmenta ne pereant.
Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim
cophinos fragmentorum. & quinque panib;
ordeacis. que superfuer. his. qui manducau
rant. Illi ergo homines cum uidissent quod
fecerat signū, dicebant. Quia hic est uere pro
pheta. qui uenturus est in mundum. Ihs ergo
cum cognouisset. quia uenturi essent ut rape
rent eum & facerent eum regem. Fugit ite
rum in montem ipse solus. Ut autem sero fac
tum est. descenderunt discipuli eius ad mare
Et cum ascendissent nauē uenerunt trans
mare in capharnaum. & tenebre iam facte
erant & non uenerat ad eos ihs. Mare aut
uento magno flante & surgebat. Cum re
migassent ergo quasi stadia uiginti quin
q: aut triginta. Uident ihm ambulantem
super mare & proximū naui fieri. & timue
runt. Ille aut dicit eis. Ego sum. Nolite

tinere. Voluerunt ergo accipere eum: et statim fuit nauis ad terram quam ibant.
Altera die turba quę stabat trans mare
uidit quia nauicula alia non erat ibi nisi
una: et quia non introisset cum discipulis
suis ihs in nauem: sed soli discipuli eius
abierant. Alie uero supernenerunt naues
a tiberiade iuxta locum ubi manducauerant
panem gratias agente dño. Cum
ergo uidisset turba quia ihs non erat ibi
neque discipuli eius: ascenderunt in nauicu-
las: et uenerunt capharnaum quęrentes ihm.
Et cum inuenissent eum trans mare dixerunt
Rabbi: quando huc uenisti? Respondit eis et dix-
it. Amen amen dico uobis quęritis me non quia
uidistis signa: sed quia manducastis ex panib:
et saturati estis. Operamini non cibum qui
perit sed qui permanet in uitam eternam:
quem filius hominis uobis dabit. hunc enim
pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eum:
quid faciemus ut operemur opera dei. Respon
dit ihs et dixit eis. hoc est opus dei. ut credatis in
quem misit ille. Dixerunt ergo ei quid ergo

tu fac ut sig num · ut videamus & credamus tibi · quid
operaris · Patres nr̄i manna manducaverunt in
deserto · sicut scriptum est · panem de celo dedit
eis manducare · dixit ergo eis ihs · amen amen dico
vobis · non moyses dedit vobis panē de celo · sed pater
meus dat vobis panem de celo verum · panis enim
dei est qui descendit de celo · & dat vitam mundo · Dixe
runt ergo ad eum · Dne semper da nobis panem hunc ·
Dixit ergo eis ihs · Ego sum panis vite · qui venit ad me
non esuriet · & qui credit in me non sitiet amplius ·
Sed dixi vobis · quia & vidistis me · & non creditis ·
Omne quod dat mihi pr̄ venit ad me · & eum qui ve
nit ad me non ejiciam foras ·
Quia descendi de celo non ut faciam voluntatem
meam · sed voluntatem ejus qui misit me ·
hec est aut voluntas ejus qui misit me patris · ut om
ne quod dedit mihi non perdā ex eo · sed resuscitem illud
in novissimo die · hec est aut voluntas patris mei
qui misit me · ut omnis qui videt filium & credit
in eum habeat vitam eternā & resuscitabo eum
in novissimo die ·
Murmurabant ergo iudei de illo · quia dixisset ·
Ego sum panis qui de celo descendi · & dicebant

Nemo hic est filius ioseph cuius nos nouimus
patrem & matrem quomodo ergo dicit hic quia
de celo descendi Respondit ergo ihs & dixit eis
Nolite murmurare in uicem Nemo potest
uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit
eum & ego resuscitabo eum in nouissimo die
Est scriptum in prophetis Et erunt omnes do
cibiles dei Omnis qui audiuit a patre & didi
cit uenit ad me Non quia patrem uidit quis
nisi is qui est a deo hic uidit patrem
Amen amen dico uobis qui credit in me habet
uitam aeternam Ego sum panis uite Pa
tres uestri manducauerunt in deserto manna &
mortui sunt hic panis de celo descendens
ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur
Ego sum panis uiuus qui de celo descendi si
quis manducauerit ex hoc pane uiuet in eter
num & panis quem ego dabo caro mea est pro mun
di uita Litigabant ergo iudei ad inuicem di
centes Quomodo potest hic nobis carnem
suam dare ad manducandum Dixit ergo eis ihs
Amen amen dico uobis nisi manducaueritis
carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem

non habebitis uitam in uobis. Qui manducat
meam carnem & bibit meum sanguinem. ha
b& uitam eternam. Et ego resuscitabo eum in
nouissimo die. Caro enim mea uere ēst cibus.
& sanguis meus uere ē potus
Qui manducat meā carnem & bibit meum
sanguinem in me manet & ego in illo. Sicut
misit me uiuens pater. & ego uiuo propter
patrem. & qui manducat me & ipse uiuet
propter me. Hic est panis qui de celo descen
dit. non sicut manducauerunt patres uestri
manna & mortui sunt. Qui manducat hunc
panem uiuet in eternum. Hec dixit in sina
goga. docens in capharnaum. multi ergo
audientes & discipuli eius dixerunt. Dura
est hec sermo. quis potest eum audire. sciens
autem ihs apud semetipsum. quia murmu
rent de hoc discipuli eius dixit eis. hoc uos scan da
lizat. Si ergo uideritis filium hominis as
cendentem ubi erat prius. Spūs est qui uiui
ficat. caro non prodest quicquam: uerba
que ego loquutus sum uobis. spūs & uita
sed sunt quidam ex uobis qui credunt.

Sciebat enim ab initio ihs' qui essent credentes
& quis traditurus esset eum' & dicebat' prop
ter ea dixi uobis' quia nemo potest uenire
ad me nisi fuerit ei datum a patre meo' & hoc
multi discipulorum eius abierunt retro'
& iam non cum illo ambulabant' Dix
er go ihs ad duodecim' Numquid & uos uul
tis abire' Respondit ergo ei simon petrus'
Dne ad quem ibimus' uerba uite eterne
habes' & nos credidimus & cognouimus quia
tues xps filius dei' Respondit eis ihs' Nonne
ego uos duodecim elegi' & ex uobis unus dia
bolus est' Dicebat autem iude simonis scari
othem' hic enim erat traditurus eum' cum
esset unus ex duodecim'

Post hec autem ambulabat ihs in gal
Non enim uolebat in iudea ambulare'
quia querebant eum iudei interficere' Erat
autem in proximo dies festus iudeorum'
scenophagia' Dixerunt autem ad eum fra
tres eius' Transi hinc & uade in iudeam ut
& discipuli tui uideant opera tua que
facis' Nemo quippe in occulto quid facit

& querit ipse lupalam ēe · Sihac facis mani
festa tipsum mundo · Neq; enim fratres ei
credebant hneum · Dicit ergo eis ihs · tempus
meum nondum aduenit · tempui autem
uim semper est paratum · Nonpotest mun
dus odisse uos ine autem odit · quia ego testi
monium perhibeo dello · quia operaeius mali
sunt : Uos ascendite addiem festum hunc ·
ego non ascendo addiem festum istum quia
meum tempus nondum hmpletum ē dixe
cum dixiss & · ipse mansit hgalilea · Ut aute
ascenderunt fratres eius · tunc & ipse ascen
dit addiem festum · non manifeste sedqua
si hocculto · Judei ergo querebant eum in
die festo & dicebant · ubi est ille · & murmu
rabat dece hrba · quidam enim
dicebant quia bonus est · Alii aũ dicebant
non · sed seducit turbas · Nemo tamen pa
lam loquebatur dello propter m & um iu
deorum · Jam autem die festo mediante
ascendit ihs hn templum & docebat · & mi
rabantur dicentes iudei · quomodo hic lit
teras scit cum non didicerit · Respondit

ei ihs & dixit. Mea doctrina non est mea
sed eius qui misit me. Si quis uoluntatem eius facere cognoscet de doctrina utrū
ex deo sit, An ego a me ipso loquar: qui aspernatur
ipse loquitur. gloriam propriam querit:
qui autem querit gloriam eius qui misit illum
hic uerax est & iniustitia in illo non est. Non
ne moyses dedit uobis legem: & nemo ex uobis
facit legem. quid me quaeritis interficere.
Respondit turba & dixit: Demonium habes.
Quis te querit interficere. Respondit ihs
& dixit eis. unum opus feci & omnes miramini
me. Propterea moyses dedit uobis circumcisionem. non quia ex moyse est sed ex patribus
& in sabbato circumcidit hominem. Si
circumcisionem accipit homo in sabbato
ut non soluatur lex moysi. mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in
sabbato. Nolite iudicare secundum faciem
sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo
quidam ex hierosolimis. Nonne hic est quem
querunt interficere. Ecce palam loquitur
& nihil ei dicunt. Numquid uere cognouer

principes: qui hic est xps. Sed hunc scimus
unde sit: xps autem cum uenerit. nemo scit
unde sit. Clamabat ergo docens in templo
ihs. & dicens: & me scitis. & unde sim scitis.
& ame ipso non uenio: sed est uerus qui misit
me. quem uos nescitis. Ego scio eum. quia
ab ipso sum. & ipse me misit. Quærebant er-
go eum ad prehendere: & nemo misit in illa
manus. quia nondum uenerat hora eius.
Et turba eius multi credidere in eum.
& dicebant. xps cum uenerit. numquid
plura signa faciet quam quæ hic facit.
Audierunt pharisei turbam murmuran
tem de illo hæc. Et miserunt principes &
pharisei ministros. ut ad prehenderent
eum. Dixit ergo ihs. Adhuc modicum tē
pus uobiscum sum. & uado ad eum qui
misit me. Quæretis me & non inuenietis.
& ubi sum ego. uos non potestis uenire.
Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. quo hic
iturus est. quia non inuenietis eum? Nū
quid in dispersionem gentium iturus est
& docturus gentes. Quis est hic sermo quē

dicent quomodo & non inuenit & ipse & ubi sum
ego uos non potestis uenire · Innouissimo
autem die magno festiuitatis stabat ihs & clama
bat dicens · Si quis sitit ueniat ad me & bibat ·
qui credit in me sicut dicit scriptura flumina
de uentre eius fluent aque uiue · hoc autem
dixit de spu · quem accepturi erant credentes
in eum · Nondum enim erat sps datus · quia ihs
nondum fuerat glorificatus · & illa ergo
turba cum audissent · hoc sermone dicebant ·
hic est uere propheta · Alii dicebant ·
hic est xps · Quidam aut dicebant · Num quid
a galilea xps uenit · nonne scriptura dicit ·
quia & semine dauid & de bethlem castello
ubi erat dauid uenit xps · Dissensio itaque
facta est in turba propter eum · quidam aut
ex ipsis uolebant adprehendere eum · sed nec
mo misit super illum manus · Uenerunt
ergo ministri ad pontifices & pharisaeos · &
dixerunt eis illi · quare non adduxistis eum ·
Responderunt ministri · Num quam sic lo
quutus est homo sicut hic homo · Responderunt ergo ei
pharisaei · num quid & uos seducti estis ·

Numquid aliquis principum credidit in
eum & pharisei? Sed turba hec que non novit
legem maledicti sunt. Dicit nicodemus ad eos
ille qui venit ad eum nocte. qui unus ex ipsis erat
Numquid lex nra iudicat hominem nisi audi
erit ab ipso prius & cognoverit quid faciat?
Responderunt & dixerunt ei. Numquid &
tu galileus es? Scrutare & vide. quia propheta
a galilea non surgit. & reversus est unus
quisque in domum suam. Jhs autem perrexit in
montem oliveti. & diluculo iterum venit
in templum & omnis populus venit ad eum
& sedens docebat eos. Adducunt autem scribe
& pharisei mulierem in adulterio deprehen
sam. & statuerunt eam in medio. & dixerunt
magister hec mulier modo deprehensa est
in adulterio. In lege autem moyses mandavit
nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo
quid dicis? hec autem dicebant tentantes
eum. ut possint accusare eum. Jhs autem
inclinans se deorsum digito scribebat in
terra. Cum autem perseverarent interro
gantes eum. erexit se & dixit eis. Qui sine

peccauo & uerum primus Inillam Lapide mittite
& uerum se Inclinans scribebat Interim Audi
entes autem unus post unū & ibant Incipien
tes a seniorib⁹ & remansit solus & mulier in
medio stans Erigens autem se ih̄s dixit ei
mulier ubi sunt qui te accusabant nemo te condem
nauit quę dixit nemodn Dixit autem ih̄s nec ego
te condemnabo uade & amplius iam noli peccare
Iterum ergo locutus est eis ih̄s dicens Ego sum lux mun
di qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habe
bit lucem uitę Dixerunt ergo ei pharisei Tu de
ipso testimoniū perhibes testimonium tuum non est ue
rum Respondit ih̄s & dixit eis Et si ego testimonium
perhibeo de me ipso uerum est testimonium meum
quia scio unde ueni & quo uado uos autem nescitis
unde ueniam aut quo uadam uos secundum
carnem iudicatis ego non iudico quemquam
Et si iudico ego iudicium meum uerum est quia
solus non sum sed ego & qui me misit pater
Et in lege uestra scriptum est quia duorum hominum te
stimonium uerum est Ego sum qui testimonium
perhibeo de me ipso & testimonium perhibet
de me qui misit me pater Dicebant ergo ei

ubi e pater tuus · Respondit ihs · Neque me scitis
neque patrem meum · si me sciretis forsitan & patrem
meum sciretis ·
Hec uerba loquutus est in gazofilacio docens in
templo · & nemo adprehendit eum · quia nondum ue-
nerat hora eius · Dixit ergo rursum eis ihs ·
Ego uado & quaeretis me & in peccato uro moriemi
ni · quo ego uado uos non potestis uenire · Dicebant
ergo iudei · numquid interficiet semetipsum quia
dic · quo ego uado uos non potestis uenire · & dice
bat eis · uos de deorsum estis · ego de desuper sum ·
uos de mundo hoc estis · ego non sum de hoc mundo ·
dixi ergo uobis · quia moriemini in peccatis uris · Si enim
non credideritis quia ego sum moriemini in peccatis
uris · Dicebant ergo ei · tu quis es ·
Qui est ihs · principium qui & loquor uobis ·
multa habeo de uobis loqui & iudicare · sed qui misit
me uerax est · & ego quae audiui ab eo · haec loqui-
mundo · & non cognouerunt quia patrem eius dice
bat deum · Dixit ergo eis ihs · Cum exaltaueritis filium
hominis · tunc cognoscetis quia ego sum · & a me ipso
facio nihil · sed sicut docuit me pater haec loquor ·
& qui me misit meum est · non reliquit me solum

quia ego que placita sunt ei facio semper. hæc illo lo
quente. multi crediderunt in eum. Dicebat ergo ihs
ad eos qui crediderunt ei iudeos. si uos manseritis
in sermone meo uere discipuli mei eritis & cognoscetis
ueritatem & ueritas liberabit uos. Responderunt ei
Semen abrahe sumus. & nemini seruiuimus unquā
quomodo tu dicis liberi eritis. Respondit eis ihs
Amen amen dico uobis quia omnis qui facit peccatū
seruus est peccati. Seruus autem non manet in do
mo in eternum. filius manet in eternum. Si ergo
filius uos liberauerit uere liberi eritis. scio quia
filii abrahe estis. sed queritis me interficere quia
sermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud
patrem loquor. & uos quę audistis apud patrem
uestrum facitis. Responderunt & dixerunt ei. pater
noster abraham est. Dicit eis ihs. Si filii abrahe estis
opera abrahe facite. nunc autem queritis me in
terficere. hominem qui ueritatem uobis loquutus
sum. quam audiuit a deo. hoc abraham non fecit
uos facitis opera patris uestri. Dixerunt itaque ei
Nos ex fornicatione non sumus nati. unum patrem
habemus deum. Dixit ergo eis ihs. Si pater uester esset
diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi

& uem. Neque enim ante ipso uem. sedille mem
ne. quare loquellam mei non cognoscitis. quia
potestis audire sermonem meu. Vos & patrem ha
bolo estis. & desideria patris ui uestis facere.
Ille homicida erat ab initio. & in ueritate non ste
te. quia non est ueritas in eo. Cum loquitur men
dacium. & propria loquitur. quia mendax est &
pater eius. Ego aute ueritatem dico. non cre
ditis mihi. quis ex uobis arguet me de peccato. si ue
ritate dico. quare uos non creditis mihi. qui est ex de
o. uerba dei audit. Propter ea uos non auditis. qua
ex deo non estis. Responderunt igitur iudei &
dixerunt ei. Nonne benedicimus nos quia samarita
nus es tu. & demoniu habes. Respondit ihs. Ego
demonium non habeo. sed honorifico patre meum
& uos inhonoratis me. Ego autem non quero glo
riam meam. est qui querat & iudicet. Amen amen
dico uobis. si quis sermonem meum seruauerit mor
te non uidebit in aternum. Dixerunt ergo iudei.
Nunc cognouimus quia demonium habes. Abra
ham mortuus est & prophete. & tu dicis. si quis
sermonem meum seruauerit non gustabit mor
tem in aternum. Numquid tu maior es patre no

abraham. quimortuus est & prophe mortuus sunt
quem teipsum facis. Respondit ihs. Si ego glorifi
co meipsum gloria mea nihil est. est pater meus
qui glorificat me quem uos dicitis quia deus nr est
& non cognouistis eum. ego autem noui eum. & si
dixero quia non scio eum. ero similis uobis mendax.
Sed scio eum. & sermonem eius seruo. Abraham
pater ur & exultauit ut uideret diem meum & uidit
& gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. quin
quaginta annos nondum habes. & abraham u
disti. Dixit eis ihs. Amen amen dico uobis ante
quam abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo
lapides ut iacerent in eum. Ihs autem abscondit
se & exiuit de templo. & prtereiens. uidit homine
cecum a nativitate. & interrogauerunt eum di
scipuli sui. Rabbi quis peccauit hic aut parentes
eius ut cecus nasceretur. Respondit ihs. Neque
hic peccauit. neque parentes eius. sed ut manifes
tentur opera dei in illo. me oportet operari o
rantis qui misit me. Donec dies est. uenit nox
quando nemo potest operari. quamdiu in mun
do sum. lux sum mundi. hec cum dixisset. & pun
xit terram & fecit lutum ex sputo. & linuit lutu

super· oculos eius & dixit ei· Uade lauare in natatoria siloe quod interpretatur missus· Abiit ergo & lauit· & uenit uidens· Itaq; uicini & qui uidebant eum prius quia mendicus erat· dicebant· Nonne hic est qui sedebat & mendicabat· Alii dicebant qua hic est· alii autem· nequaquam· sed similis huic ei· Ille uero dicebat· quia ego sum· Dicebant ergo ei· quomodo aperti sunt tibi oculi· Respondit ille homo qui dicitur ihs· lutum fecit & unxit oculos meos & dixit mihi· uade ad natatoriam siloe & laua· & abii & laui & uidi· & dixerunt ei· ubi est ille· ait nescio· Adducunt eum ad pharisaeos· qui caecus fuerat·

Erat autem sabbatum quando lutum fecit ihs· & aperuit oculos eius· Iterum ergo interrogabant eum pharisaei· quomodo uidisset· ille autem dixit ei· lutum posuit mihi super oculos & lauo & uideo· Dicebant ergo & pharisaei quidam· Non est hic homo a deo· qui sabbatum non custodit· Alii dicebant· quo modo potest homo peccator haec signa facere· & scisma erat inter eos· Dicunt ergo caeco iterum· tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos· Ille autem dixit· quia propheta est· Non crediderunt ergo iudaei de illo quia caecus fuisset & uidisset· donec uo

cauer parentes eius quiuiderat. & interrogauer eos
dicentes. hic filius ur: quem uos dicitis quia cecus
natus est. quomodo ergo nunc uide. Respondes
erunt parentes eius, & dixerunt. Scimus quia hic filius
ustr. & quia cecus natus. quomodo autem nunc
uideat nescimus. aut quis eius aperuit oculos nos
nescimus. Ipsum interrogate. etatem hab. ipse de se loquatur. Hec dixer parentes eius. quia
timebant iudeos. Jam enim conspirauerunt iudei.
ut si quis eum confiter. ur xpm. sc synagogam
fier. propter ea parentes eius dixerunt. quia
etatem hab. ipsum interrogate. Vocauerunt
iterum hominem qui fuerat cecus. & dixerunt
ei. Da gloriam do. Nos scimus quia hic homo pec
cator est. Dixit ergo ille. Si peccator est. nescio
unum scio quia cecus cum essem modo uideo. Dixe
runt ergo illi. quid fec tibi. quomo aperuit tibi
oculos. Respondit eis. Dixi uobis iam & audistis
quid iterum uultis audire. Num quid & uos uul
tis discipuli eius fieri. male dixerunt ei & dixer
tu discipulus illius sis. Nos autem. moysi discipuli
sumus. Nos scimus quia moysi loquutus est. hunc
autem. nescimus unde sit. Respondit ille homo

&dixit eis · In hoc enim mirabile quia uos nescitis
unde sit · & aperuit oculos meos · Scimus autem
quia peccatores ds non audit · sed si quis dicultor
est & uoluntatem eius fecerit hunc audit · A seculo
non est auditum quia aperuit quis oculos cecina
ti · Nisi esset hic a ds · Non poterat facere quicquā ·
Responderunt & dixerunt ei · In peccatis natus
es totus · & tu docesnos · & ieecerunt eum foras ·
Audiuit ihs quia ieecerunt eum foras & cum inue
nisset eum dixit ei · tu credis In filium ds · Respon
dit ille & dixit · quis dne ut credam In eum · &
dixit ei ihs · & uidisti eum · & qui loquitur tecū ip
se est · at ille ait · credo dne · & procidens adorauit
eum · & dixit ei ihs · In iudicium ego In hunc mun
dum ueni · ut qui non uident uideant · & qui uiden
tes caeci fiant · & audierunt ex pharisaeis qui cum ipso
erant · & dixerunt ei · Numquid & nos caeci sumus ·
Dixit eis ihs · si caeci essetis · Non haberetis peccatū ·
Nunc uero dicitis quia uidemus · peccatum uestrum
manet ·

Amen amen dico uobis qui non intrat per ostium
In ouile ouium sed ascendit aliunde · ille fur est &
latro · qui autem intrat per ostium pastor est ouiū

huic ostiarius aperit · & oues uocem eius audiunt
& proprias oues uocat nominatim · & educit eas
& cum proprias oues emiserit · ante eas uadit · & oues
illum sequuntur · quia sciunt uocem eius · Alienum
autem non sequuntur sed fugiunt abeo quia non no
uerunt uocem alienorum · hoc prouerbium dixit
eis ihs · Illi autem · non cognouerunt quid loque
batur eis · Dixit ergo eis rursum ihs · Amen amen di
co uobis · quia ego sum ostium ouium · Omnes quotquot ue
nerunt · fures sunt & latrones · sed non audierunt
eos oues · Ego sum ostium per me si quis introie
rit saluabitur · & ingredietur & egredietur ·
& pascua inuenie · Fur non uenit · nisi ut furetur
& mactet & perdat · Ego uenit ut uitam habeant
& abundantius habeant · Ego sum pastor bonus ·
bonus pastor animam suam dat pro ouibus · mer
cenarius & qui non est pastor · cuius non sunt oues
propriæ · uidet lupum uenientem & dimittit oues &
fugit : & lupus rapit & dispergit oues · mer ce
narius autem fugit quia mercenarius est · & non
pertinet ad eum de ouibus · Ego sum pastor bonus
& cognosco meas · & cognoscunt me meæ ·
Sicut nouit me pater · & ego agnosco patrem

Sec

animam meam pono pro ouibus meis.
Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili. Et illas
oportet me adducere. et uocem meam audient. et
fiet unum ouile. et unus pastor. propter ea me pater
diligit. quia ego pono animam meam. ut iterum sumam
eam. Nemo tollit eam a me. sed ego pono eam a me ipso.
Potestatem habeo ponendi eam. et potestatem habeo
iterum sumendi eam. hoc mandatum accepi a patre
meo. Dissensio iterum facta est inter iudeos. propter
sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis. De
monium habet et insanit quid eum auditis. Alii dice
bant. hec uerba non sunt demonium habentis. Nu
quid demonium potest cecorum oculos aperire. Fac
tum sunt autem encenia in hierosolimis. et hiems erat.
Et ambulabat ihs in porticu salomonis. Circum
dederunt ergo eum iudei. et dicebant ei. quousq;
animam nram tollis. Si tu es xps dic nobis palam.
Respondit eis ihs. Loquor uobis et non creditis. Ope
ra que ego facio in nomine patris mei hec testimo
nium perhibent de me. Sed uos non creditis. quia
non estis ex ouibus meis. Oues mee. uocem meam
audiunt. et ego cognosco eas et sequuntur me.
Et ego uitam eternam do eis. et non peribunt

mater num & non rapiet eas quisquā de manu mea
pater meus quod dedit mihi maior omnib; ē. & nemo
potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unū
sumus. Sustulerunt lapides iudei. ut lapidarent eū
Respondit eis ihs. Multa opera bona ostendi uob
& patre meo. propter quod eorum opus me lapida
tis. Responderunt ei iudei. De bono opere non la
pidamus te. sed de blasphemia. & quia tu homo cum
sis. facis teipsum dm. Respondit eis ihs. Nonne
scriptum est in lege ura. quia ego dixi dii estis. si illos
dixit. deos ad quos sermo dī factus est. & non potest
solui scriptura. quem pater sanctificauit & misit in mun
dum. uos dicitis quia blasphemas quia dixi filius dī
sum. Si non facio opera patris mei. nolite credere
mihi. Si autem facio. & si mihi non uultis credere
operibus credite. ut cognoscatis & credatis. quia
in me est pater & ego in patre. Quærebant ergo
eum adprehendere. & exiit de manibus eorum.
& abiit iterum trans iordanen. in eum locum ubi
erat iohannes baptizans primum. & mansit illic
Et multi uenerunt ad eum & dicebant. quia io
hannes quidem. signum fecit nullum. Omnia
autem quæcumque dixit iohannes de hoc uero

erant · & multi crediderũ in eum · Erat autem quidam languens lazarus · abethania de castello marie & marthe sororis eius · Maria autem erat quæ unxit dñm unguento · & extersit pedes eius capillis suis · cuius frater lazarus infirmabatur · miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes · Dñe ecce quem amas infirmatur · Audiens autem ihs · dixit eis · Infirmitas hæc non est ad mortem · sed pro gloria dei · ut glorificetur filius dei per eam · Diligebat autem ihs martham & sororem eius mariã & lazarum · ut ergo audiuit quia infirmabatur · tunc quidem mansit ihs · in eodem loco duobus diebus · Deinde post hæc · dicit discipulis suis · Eamus iudeam iterum · Dicunt ei discipuli · Rabbi · nunc querebant te iudei lapidare · & iterum uadis illuc · Respondit ihs · Nonne duodecim horæ sunt diei · Si quis ambulauerit in die · non offendit quia lucem huius mundi uidet · Si uero ambulauerit nocte · offendit quia lux non est in eo · hæc ait · & post hæc dixit eis · lazarus amicus noster dormit · sed uado ut a somno excitem eum · Dixerunt ergo discipuli eius · Dne si dormit saluus erit · Dixerat autem ihs

demorte eius · Illi autem putauerunt · quia dedor
mitione somni dicer& · tunc ergo dixit eis ihs
manifeste · lazarus mortuus e · &gaudeo prop
ter uos ut credatis · quo nondum eram illi · sed eamus
adeum · Dixit ergo thomas qui dr didimus · ad
condiscipulos · eamus & nos ut moriamur cum eo
Venit itaque ihs & Inuenit eum · quatriduum dies
iam In monumento habentem · Erat autem bet ha
nia iuxta hierosolimam · quasi stadius quindecim
Multi autem & iudeis uenerant ad martham &
mariam · ut consolarentur eas de fratre suo · mar
tha ergo ut audiuit quia ihs uenit · occurrit illi ·
Maria autem domi sedebat · Dixit ergo martha
ad ihm · Dne si fuisses hic · frater meus non fuisset
mortuus · Sed & nunc scio · quia quecumque popo
ceris ado · dabit tibi ds · Dicit illi ihs · Resurget
frater tuus · Dicit ei martha · scio quia resurget in
resurrectione In nouissimo die · Dixit ei ihs · Ego
sum resurrectio & uita · qui credit In me · & iam si
mortuus fuerit uiuet · & omnis qui uiuit & cre
dit In me · non morietur In eternum · credis hoc
dicit illi · utique dne · ego credidi quia tu es xps filius
di qui In hunc mundum uenisti · & cum hec dixisset

dixit. Vocaut mariam sororem suā silentio dicē
magister adest & uocatte. Illa ut audiut. surgit
cito & uenit adeum. Non enim uenerat ihs in cas
tellum. sederat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei
martha. Judei igitur quierant cum ea in domo &
consolabantur eam. Cum uidissent. mariam quia
cito surrexit & exiit. secuti sunt eam dicentes.
quia uadit ad monumentum ut ploret ibi. maria
ergo cum uenisset ubi erat ihs. uidens eum. cecidit
ad pedes eius & dixit ei. Dne si fuisses hic. non esset
frater meus. Ihs ergo ut uidit eam plorā
tem. & iudeos qui uenerant cum ea plorantes. fre
mit spū. & turbauit seipsum. & dixit. ubi posuis
tis eum. Dicunt ei. Dne ueni & uide. & lacrima
uit ihs. Dixerunt ergo iudei. ecce quomodo
amabat eū. quidam aūt dixerunt ex ipsis. non po
terat hic qui aperuit oculos cęci. facere ut & hic non
moriretur. Ihs ergo rursum fremens in se
ipso uenit ad monumentum. Erat autem spelun
ca & lapis suppositus erat ei. ait ihs. tollite lapi
dem. Dicit ei martha soror eius. qui mortuus
fuerat. Dne iam fetet. quatriduanus enim est.
Dicit ei ihs. Nonne dixi tibi. quō si credideris

audebis gloriam dī tuleruntergo lapidem · ihs
autem elevatis sursum oculis dixit pater gratias
ago tibi quō audisti me · ego autem sciebam quia
semper me audis · sed propt̄ populum qui circūs
stat dixi: ut credant quia tu me misisti · hæc cū
dixisset · voce magna clamavit lazare veni
foras · & statim prodiit qui fuerat mortuus · li
gatis pedes & manus institis · & facies illius sudario
erat ligata · dic ihs eis · solvite eum & sinite abire
multi ergo & iudeis qui venerant ad mariam & vi
derant quę fecit · crediderunt in eum · quidam aut̄
ex ipsis abierunt ad pharisęos : & dixerunt eis quæ
fecit ihs · Collegerunt ergo pontifices & pharisęi
concilium · & dicebant · quid facimus quia hic ho
mo multa signa facit · si dimittimus eum sic omis
credent in eum · & venient romani · & tollent
nr̄m locum & gentem · Unus autem ex ipsis cai
phas · cum eēt pontifex anni illius · dixit eis ·
vos nescitis quicquam · nec cogitatis quia expe
dit nobis · ut unus moriatur homo p̄ populo · &
non tota gens pereat · hoc autem a semetipso non
dixit · sed cū eēt pontifex anni illius prophetavit ·
quia ihs moriturus erat pro gente · & non tantum

progenie sedur filios di quierum duspersi congre-
gar& Inunum abillo ergo die cogitauerum
ut Interficerem eum. Ihs ergo iam non Inpalam
ambulabat apud iudeos sed abiit Inregionem
iuxta desertum Inciuitatem quedr effrem;
& ibi morabatur cumdiscipulis suis.

Proximu autē erat pascha iudeorum
Et ascenderunt multi hierosolimā de regione
ante pascha, ut sēficarent seipsos. Quere bant
ergo ihm & conloquebantur adinuicem Intemplo
stantes. Quidputatis quia non uenit addiem
festum. Dederant autem pontifices & pharisei
mandatum ut siquis cognouerit ubi sit indicet
ut adprehendant eum. Ihs ergo ante sex dies
pasche uenit bethaniā ubi fuerat lazarus mor-
tuus quem suscitauit ihs.

Fecerunt autē ei cenam ibi & martha ministra-
bat. lazarus uerō unus erat & discumbentibus
cumeo maria ergo accepit libram unguenti
nardi pistici preciosi & unxit pedes ihū & ex-
tersit capillis suis pedes eius & domus impleta
est & odore unguenti. Dicit ergo unus de
discipulis eius iudas scariothis qui erat eum tra-

dit[urus].

quare hoc unguentum non uendidit trecentis de
narijs & datum ē egenis. Dixit aũ hoc. Non quia de
genis pertinebat ad eum: sed quia fur erat & loculos
habens eaque mittebantur & portabat. Dixit ergo
ihs. Sine illam ut in diem sepulture mee seruet illud
Pauperes enim semper habetis uobiscũ. me aũt̄ non
semper habetis. Cognouit ergo turba multa ꝙ ibi
esset quia illuc est. & uenerunt non propter ihm tan
tum. sed ut lazarũ uiderent quem suscitauit amor
tuis. Cogitauerunt aũt principes sacerdotum ut
& lazarum interficerent. quia multi propter illũ
abibant & credebant in ihm. Ingressus
autem turba multa que uenerat ad diem festum
Cum audisset quia uenit ihs hierosolimam
acceperunt ramos palmarum & processerunt
obuiam ei. & clamabant. Osanna: benedictus
qui uenit in nomine dñi: rex israhel. Et inuenit ihs
asellum & sedit super eum. sicut scriptum ē. Noli
me timere filia sion: ecce rex tuus uenit sedens super
pullum asine. Hec non cognouerunt discipuli
primum. sed quando glorificatus est ihs. Tunc
recordati sunt quia hec erant scripta de eo. & hec
fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat

turba que erat cum eo · quando lazarū uocauit de
monumento · & suscitauit eum a mortuis · propterea &
obuiam uenit ei turba · quia audierunt eum fecisse hoc
signum · Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos · Videtis
quia nihil proficimus · Ecce mundus totus post eum
abiit · Erant autem gentiles quidam ex his qui as
cenderant ut adorarent in die festo · hi ergo accessē
runt ad philippum qui erat ab bethsaida galilee ·
& rogabant eum dicentes · Domine uolumus ihm uidere ·
Uenit philippus & dic andreae · Andreas rursum
& philippus · dixerunt ihū · Ihs autem respondit eis
dicens · Uenit hora ut clarificetur filius hominis ·
Amen amen dico uobis · Nisi granum frumenti ca
dens in terram mortuum fuerit · ipsum solum ma
net · Si autem mortuum fuerit · multum fructum
affert · Qui amat animam suam perdet eam · &
qui odit animam in hoc mundo · in uitam eternam
custodit eam · Si quis mihi ministrat · me sequatur ·
Et ubi sum ego · illic & minister meus erit · Si quis
mihi ministrauerit · honorificabit eum pater ·
Nunc anima mea turbata est · & quid dicam · Pater
clarifica me · & hora hac ·
Sed propter hoc ueni in horam hanc · Pater clarifica

tuum nomen. Venit ergo uox de celo. & clarifica
ui & rursum clarificabo. Turba ergo que stabat
& audierat dicebat tonitruum factum esse. Alii dice
bant. Angelus ei loquutus est. Respondit ihs & dixit.
Non propter me uox hec uenit. sed propter uos. Nunc
iudicium est mundi. nunc princeps huius mundi eicietur
foras. Et ego si exaltatus fuero a terra. omnia traham
ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans quam mor
te esset & moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus
& lege. quia xps manet in eternum. & quomodo tu di
cis. oportet exaltari filium hominis. Quis est iste filius
hominis. Dixit ergo eis ihs. Adhuc modicum lumen in
uobis est. Ambulate dum lucem habetis. ut non tene
bre uos comprehendant. & qui ambulat in tenebris nes
cit quo uadat. Dum lucem habetis credite in lucem ut
filii lucis sitis. Hec locutus est ihs. & abiit & abscondit se
ab eis. Cum autem tanta signa fecisset coram eis non credeba
bant in eum. Ut sermo esaie prophete impleretur qui
dixit. Dne quis credidit auditui nostro. & brachium dni
cui reuelatum est. Propterea non poterant credere
quia iterum dixit esaias. Excecauit oculos eorum. & indu
rauit eorum cor. ut non uideant oculis & intelligant
corde. & conuertantur & sanem eos. Hec dixit esaias

quando uidit gloriam eius & locutus est de eo
Uerum tamen & principes multi crediderunt
in eum. Sed propter pharisæos non confitebantur ut
de synagoga non eicerentur. Dilexerunt enim gloriam
hominum magis quam gloriam dei.
Jhesus autem clamauit & dixit. Qui credit in me non credit in
me sed in eum qui misit me. & qui uidet me uidet eum
qui misit me. Ego lux in mundum ueni. ut omnis qui
credit in me. in tenebris non maneat. & si quis audierit
uerba mea & non custodierit. ego non iudico eum. Non
enim ueni ut iudicem mundum. sed ut saluificem mundum
Qui spernit me. & non accipit uerba mea habet qui
dicat eum. sermo quem locutus sum. ille iudicabit eum
in nouissimo die. Quia ego. & me ipso non sum locutus
sed qui misit me pater. ipse mihi mandatum dedit quid
dicam & quid loquar. & scio quia mandatum eius uita
æterna est. Quæ ergo ego loquor. sicut dixit mihi pa
ter. sic loquor. [illegible]

[illegible] quia uenit eius hora ut transeat & hoc mundo ad pa
trem. cum dilexisset suos qui erant in mundo. in finem dilexit eos
& cena facta. cum diabolus iam misisset in cor ut tra
deret eum iudas simonis scarioth.

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus & quia ad
eum exddñi uadit. Surgit a cena & ponit uesti
menta sua. & cum accepisset linteum
se. Deinde mittit aquam in pelui. & cepit lauare
pedes discipulorum. & extergere linteo quo erat præ
cinctus. Venit ergo ad simonem petrum. & dicit ei
petrus. Dñe tu mihi lauas pedes. Respondit ihs. &
dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo. Scies autem
postea. Dicit ei petrus. Non lauabis mihi pedes in æ
num. Respondit ei ihs. Si non lauero te non habebis par
tem mecum. Dicit ei simon petrus. Dñe non tantum
pedes meos. sed & manus & caput. Dicit ei ihs. Qui lo
tus est non indiget nisi ut pedes lauet. sed est mundus
totus. & uos mundi estis. sed non omnes. Sciebat
enim. quisnam esset qui traderet eum. propterea
dixit. non estis mundi omnes. Post quam ergo lauit
pedes eorum & accepit uestimenta sua. cum recubuis
set iterum dixit eis. Scitis quid fecerim uobis. Uos
uocatis me magister & dñe. & bene dicitis. sum enim
Si ergo ego laui pedes uestros dñs & magister. & uos de
betis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim
dedi uobis. ut quemadmodum ego feci uobis. ita &
uos faciatis. Amen amen dico uobis. non est seruus

dominoſus neque apoſtolus maior eo[rum] miſit illu
ſilige ſcmas. beatus eris ſi feceris eas. Non de omnib
uobis dico ego ſcio quos elegerim. ſed ut impleatur
ſcriptura. Qui manducat mecum panem leuauit c
trame calcaneum ſuum. Amodo dico uobis priu
quam fiat. ut cum factum fuerit credatis quia ego
ſum. Amen amen dico uobis. qui accipit ſiquem
miſero me accipit. qui autem me accipit accipit
eum qui me miſit. Cum hec dixiſſet ihs. turbatus e
ſpu. & proteſtatus eſt. Amen amen dico uobi
quia unus ex uobis tradet me. Aſpiciebant ergo ad
inuicem diſcipuli hesitantes de quo diceret. Erat ergo
recumbens unus ex diſcipulis eius in ſinu ihu. quem di
lgebat ihs. Innuit ergo hanc ſimon petrus. & dicit e
qui ſit de quo dicit. Recumbens ille ſupra
pectus ihu dicit ei. Dne quis est. Respondit ihs. Ille
est ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſ
ſet panem dedit iude ſimonis scarioth. & post bu
ccellam tunc introiuit in illum satanas. & dicit ei ihs
quod facis fac citius. hoc autem nemo scuit diſcum
bentium ad quid dixerit ei. quidam enim putabant
quia loculos habebat iudas. quia dicit ei ihs. eme ea
que opus habemus ad diem festum. aut egenis aliq

quid dare? Cum ergo accepisset ille buccellam exi
it continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset
dicit eis. Nunc clarificatus est filius hominis. & deus cla
rificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo. & deus clari
ficabit eum in semetipso. & continuo clarificabit eum.
Filioli adhuc modicum uobiscum sum. Queretis me
& sicut dixi iudeis. quo ego uado uos non potestis uenire
& uobis dico modo. Mandatum nouum do uobis
ut diligatis inuicem. sicut dilexi uos. ut & uos diligatis
inuicem. In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli
estis si dilectionem habueritis ad inuicem.
Dicit ei simon petrus. Dne quo uadis. Respondit ei
Quo ego uado non potes me modo sequi. Sequeris
autem postea. Dicit ei petrus. Quare non possum te
sequi modo animam meam pro te ponam. Respon
dit ei ihesus. Animam tuam pro me ponis. Amen amen
dico tibi. non cantabit gallus donec me ter neges
Et cum duxissent ipsum. Nondum ebdomadam comisti credi
tis ne deus & in me credite. In domo patris mei mansio
nes multe sunt. Si quo minus dixissem uobis.
quia uado parare uobis locum. Et si abiero & prepa
rauero uobis locum. Iterum uenio & accipiam uos ad
me ipsum. ut ubi sum ego. & uos sitis. Et quo ego

scimus & uiam scimus. Dicit ei thomas. Dñe. nescimus quo uadis. & quomodo possumus uiam scire. Dicit ei ihs. Ego sum uia & ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me. & patrem meum. utique cognouissetis. & amodo cognoscetis eum & uidistis eum. Dicit ei philippus. Dñe. ostende nob patrem. & sufficit nobis. Dicit ihs. Tanto tempore uobiscum sum. & non cognouistis me philippe. qui uidit me. uidit & patrem. quomodo tu dicis. ostende nob patrem. non credis quia ego in patre & pater in me est. uerba que ego loquor uobis. a me ipso non loquor. pater autem in me manens. ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre & pater in me est. alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico uobis. qui credit in me. opera que ego facio & ipse faciet. & maiora horum faciet. quia ego ad patrem uado. Et quodcumque petieritis in nomine meo. hoc faciam. ut glorificetur pater in filio. si quid petieritis in nomine meo hoc faciam. Si diligitis me mandata mea seruate. & ego rogabo patrem. & alium paraclitum dabit uobis. ut maneat uobiscum in æternum. spiritum ueritatis. quem mundus non potest accipere. quia non uidet eum nec scit eum. Uos autem cognoscetis eum. quia apud uos manebit. & in uobis erit. Non relinquam uos orfanos.

ueniam aduos. ¶ Adhuc modicum & mundus me iam non
uidet. uos autē uidetis me. quia ego uiuo & uos uiuetis.
In illo die uos cognoscetis. quia ego in patre meo. & uos in me
& ego in uobis. Qui habet mandata mea & seruat ea. ille
est qui diligit me. Qui autem diligit me. diligetur a pre
meo. & ego diligam eum. & manifestabo ei meipsū.
Dicit ei iudas. non ille scariothis. Dñe quid factum est.
quia nobis manifestaturus es teipsum. & non mundo.
Respondit ihs. & dixit ei. Si quis diligit me. sermo
nem meum seruabit. & pater meus diliget eum. & ad eum ue
niemus. & mansionem apud eum faciemus. Qui non di
ligit me. sermones meos non seruat. Et sermonem que
auditis non est meus. sed eius qui misit me patris. Hec lo
cutus sum uobis. apud uos manens. Paraclitus autem
spūs. quem mittet pater in nomine meo. ille uos docebit
omnia. & suggeret uobis omnia. quecumq; dixero uobis.
Pacem relinquo uobis. pacem meam do uobis. Non quo
modo mundus dat. ego do uobis. Non turbetur cor ue
strum. neque formidet. Audistis quia ego dixi uobis. uado
& uenio aduos. Si diligeretis me. gauderetis utique
quia uado ad patrem. quia pater maior me est. Et nunc
dixi uobis priusquam fiat. ut cum factum fuerit
credatis. Jam non multa loquar uobiscum. uenit

princeps mundi huius & in me non habet quicquam
cognoscat mundus quia diligo patrem & sicut mandatum
dedit mihi pater sic facio. Surgite eamus hinc.

EGO UITIS UERA. ET PATER MEUS AGRICOLA EST.
Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum.
Omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus
afferat. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus
sum uobis. Manete in me & ego in uobis. Sicut palmes
non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in
uite ita nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis uos palmites
Qui manet in me & ego in eo hic fert fructum multum. quia
sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit
mittetur foras sicut palmes & arescet & colligent eos
& in ignem mittent & ardent. Si manseritis in me &
uerba mea in uobis manserint quodcumque uolueritis petetis & fiet uobis. In hoc clarificatus est
pater meus ut fructum plurimum adferatis & efficia
mini discipuli mei. Sicut dilexit me pater & ego dilexi
uos manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea. Sicut & ego
patris mei precepta seruaui & maneo eius in dilectione
haec locutus sum uobis ut gaudium meum in uobis sit
& gaudium uestrum impleatur. hoc est preceptum meum

ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis. Jam non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quecumque audivi a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis sed ego elegi vos & posui vos ut eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat. ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo det vobis. Hec mando vobis ut diligatis invicem. Si mundus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis sed ego elegi vos de mundo propter hoc odit vos mundus. Memento sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt & vos persequentur. Si sermonem meum servaverunt & vestrum servabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum. Quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem & locutus fuissem eis peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit & patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est quia

habuer grauis · Cum autem uenerit paracletus
quem ego mittam uobis a patre spm ueritatis qui apa
tre procedit ille testimonium perhibebit de me · & uos
testimonium perhibetis · quia ab initio mecum estis
hec locutus sum uobis ut non scandalizemini · abiq; synа
gogis facient uos ·
Sed uenit hora · ut omnis qui interficit uos · arbitretur ob
sequium se prestare deo · & hec facient uobis · quia non nouе
runt patrem neque me · sed hec locutus sum uobis · ut cu
uenerit hora eorum reminiscamini · quia ego dixi uobis ·
Hec autem uobis ab initio non dixi · quia uobiscum eram ·
Et nunc · uado ad eum qui me misit · & nemo ex uestris in
terrogat me · quo uadis · sed quia hec locutus sum uobis ·
tristitia impleuit cor uestrum · sed ego ueritatem dico uobis · Expedit uob
is ut ego abeam · Si enim non abiero · paraclitus non ueniet ad uos ·
si autem abiero · mittam eum ad uos · Et cum uenerit ille
arguet mundum de peccato & de iustitia & iudicio · De peccа
to quidem quia non credunt in me · De iustitia uero · quia
ad patrem uado · & iam non uidebitis me · De iudicio autem quia
princeps mundi huius iudicatus est · Adhuc multa habeo
uobis dicere · sed non potestis portare modo · Cum autem
uenerit ille sps ueritatis · docebit uos omnem ueritatem ·
Non enim loquetur a semetipso · sed quecumq; audiet loquet ·
& que uentura sunt adnunciabit uobis · Ille me clarificabit
quia de meo accipiet · & adnunciabit uobis ·

quidemeo accipiet & adnuntiabit uobis. Omnia quecunque habet pater meus sunt. Propter eu dixi quia de meo accipiet & adnuntiabit uobis. Modicum & iam non uidebitis me, & rursum modicum & uidebitis me quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid hoc quod dicit nobis modicum & non uidebitis me & rursum modicum & uidebitis me & quia uado ad patrem. Dicebant ergo. quid est hoc quod dicit modicum. Nescimus quid loquitur. Cognouit autem ihs quia uoluerunt eum interrogare & dixit eis. De hoc quæritis inter uos quia dixi modicum & non uidebitis me & rursum modicum & uidebitis me. Amen amen dico uobis quia plorabitis & flebitis uos mundus autem gaudebit uos autem contristabimini. Sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Mulier cum parit tristitiam habet quia uenit hora eius. Cum autem peperit puerum iam non meminit pressure propter gaudium quia natus est homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem uidebo uos & gaudebit cor uestrum & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen amen dico uobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis usq; modo non petistis quicquam in nomine meo petite & accipietis ut gaudium uestrum sit plenum. Hæc in proverbiis locutus sum uobis uenit hora cum iam non in

verbis loquar uobis sed palam de patre adnunciabo uob
In illo die in nomine meo. & non dico uob quia ego rogabo patre
pacem
de uobis. Ipse enim pater amat uos quia uos me amatis &
credidistis quia ego a deo exiui. & uenio in mundu.
Iterum relinquo mundum & uado ad patrem meu. Dicunt ei
discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris & prouerbium
nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia. & non opus est tibi
ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existi. Respon
dit eis ihs. Modo creditis. Ecce uenit hora & iam uenit ut dispergamini
unus quisque in propria. & me solum relinquatis &
non sum solus. quia pater mecum est. Hec locutus sum uob
ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis
sed confidite. ego uici mundu.

Hec locutus est ihs et sublevatis oculis
in celum dixit. Pater uenit hora; clarifica filiu tuum ut
filius tuus clarifice& te sicut dedisti ei potestatem omnis car
nis ut omne quod dedisti ei det eis uitam eternam. hec au
tem est eterna ut cognoscant te solum deu uerum & quem misisti
ihm xpm. Ego te clarificaui super terram. opus consuma
ui quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me
tu pater apud temet ipsum, claritate quam habui priusquam
mundus esset apud te. Manifestaui nomen tuu hominib;
quos dedisti mihi de mundo. Tui erant & mihi eos dedisti

&sermonem tuum seruauer. Nunc cognouerunt quia omnia
que dedisti mihi abste sunt. quia uerba que dedisti mihi de
dieri. & ipsi acceperunt & cognouerunt uere quia a te exi
& credider. ut quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. non pro
mundo rogo. sed pro his quos dedisti mihi. quia tui sunt.
Et mea omnia tua sunt. & tua mea sunt. & clarificatus sum
in eis. & iam non sum in mundo. & hi in mundo sunt. & ego
ad te uenio. Pater sce. serua eos in nomine tuo quos de
disti mihi. ut sint unum sicut & nos. Cum essem cum eis
ego seruabã eos in nomine tuo. quos dedisti mihi. custodiui
& nemo ex his perijt nisi filius perditionis. ut scriptura
impleatur. Nunc autem ad te uenio. & hec loquor in mun
do. ut habeant gaudium meum impletum in semet ipsis. Ego de
dieri sermonem tuum. & mundus odio eos habuit. quia non sunt
de mundo. sicut & ego non sum de mundo. Rogo ut tollas eos de
mundo. sed ut serues eos a malo. De mundo non sunt. sicut & ego
non sum de mundo. Sctifica eos in ueritate. sermo tuus ueritas
Sicut tu me misisti in mundum. & ego misi eos in mundum. Et pro
eis ego sctifico me ipsum. ut sint & ipsi sctificati in ueritate. Non pro
his autem rogo tantum. sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eo
rum in me. ut omnes unum sint. sicut tu pater in me & ego in te. ut & ipsi in
nob unum sint. Ut mundus credat quia tu me misisti. & ego
claritatem quam dedisti mihi dedi eis. ut sint unum sicut & nos

uenzen sumus · Ego sum · et tu sum · ut sint consumate in unū ·
& cognoscat mundus quia tu me misisti · & dilexisti eos sic & me di
lexisti · Pater · quos dedisti mihi uolo ut ubi ego sum & illi sint mecū ·
Ut uideant claritatem meā quam dedisti mihi quia dilexisti me ante
constitutionem mundi · Pater iuste & mundus te non cognouit · Ego au
cognoui · Et hi cognouerūt quia tu me misisti · & notum feci eis nomē
tuum · & notum faciam · ut dilectio quā dilexisti me · in ipsis sit
& ego in ipsis · Hec cū dixisset ihs · Egressus est cum discipulis
suis · trans torrentem cedron · ubi erat hortus · in quem introuit
ipse & discipuli eius · Sciebat autem & iudas qui tradebat eū locū
quia frequenter ihs conuenerat illuc cum discipulis suis ·

Iudas ergo cum accepisset cohortem · & a pontificibus & pharisęis
ministris · uenit illuc cum laternis & facibus & armis · Ihs
itaque sciens omnia · que uentura erant super eum processit
& dixit eis · Quem quęritis · Responderunt ei · Ihm nazarenum ·
Dicit eis ihs · Ego sum · Stabat autem & iudas qui tradebat eum
dabit eis signum · Ut ergo dixit ego sum · Abierunt retrorsum
sum · & ceciderunt in terram · Iterum ergo eos interrogauit ·
quem quęritis · illi autem dixerunt · Ihm nazarenum ·
Respondit ihs · Dixi uobis quia ego sum · Si ergo me quęritis
sinite hos abire · ut impleatur sermo quem dixit ego
quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam · Simon ergo
petrus habens gladium eduxit eum · & percussit pontificis

ſeruum & abſcidit eius auriculam dextram · Erat autē
nomē ſeruo malchus · Dixit ergo pet̄rus · mitte gladium
Imaginem · calicem quem dedit mihi pat̄ · Nonbibam illum ·
Cohors ergo & tribunus & miniſtri iudeorum comprehende
runt ihm̄ & ligauerunt eum · Et adduxerunt eum ad unum
p̄fectum · Erat enim ſocer caiphe · qui erat pontifex anni
illius · Erat autem caiphas qui conſilium dederat iudeis
quia expedit unū hominem mori pro populo ·

Sequebatur autem ihm̄ ſimon petrus & alius diſcipulus ·
Diſcipulus autem ille · erat notus pontifici · & introiuit cum
ihū in atrium pontificis ·

Petrus autem ad hoſtium ſtabat
Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus pontifici & dixit
oſtiarie · Et introduxit petrum · Dicit ergo petro ancil
la oſtiaria · Numquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius ·
Dic ille · Non ſum · Stabant autem ſerui & miniſtri ad pru
nas · quia frigus erat & calefaciebant · Erat autem cum
eis & petrus ſtans & calefaciens · Pontifex ergo interro
gauit ihm̄ de diſcipulis ſuis · & de doctrina eius · Reſpon
dit ei ihs · Ego palam loquutus ſum mundo · ego ſemper
docui in ſinagoga & in templo · quo omnes iudei conueniunt
& in occulto loquutus ſum nihil · Quid me interrogas · in
terroga eos qui audierunt quid locutus ipſis · Ecce

hiscium. quedixerim ego · hæc cum dixisset unus adsistens
ministrorum · dedit alapam ihū dicens: sic respondes pontifici · Respondit ei ihs · Si male loquutus sum · testimonium perhibeo de malo · Si autem bene quid me cedis · Et misit eum annas ligatum ad caiphan pontificem ·
Erat autem simon petrus stans & calefaciens · Dixerunt ergo ei · Numquid & tu ex discipulis eius es · Negauit ille & dixit non sum · Dic unus ex seruis pontificis · cognatus ei cuius abscidit petrus auriculam · Nonne ego te uidi in horto cum illo · Iterum ergo negauit petrus · & statim gallus cantauit · Adducunt ergo ihm ad caiphan in pretorium · Et ipsi non introierunt in prætorium ut non contaminentur · sed manducarent pascha · Exiit ergo pilatus ad eos foras & dixit · Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc · Responderunt & dixerunt ei · si non esset hic malefactor · Non tibi tradidissemus eum · Dixit ergo eis pilatus · Accipite eum uos · & secundum legem uestram iudicate eum · Dixerunt ergo ei iudei · Nobis non licet interficere quemquam · ut sermo ihū impleret quem dixit · Significans qua morte moriturus · Introiit ergo iterum in prætorium pilatus · & uocauit ihm & dixit ei · Tu es rex iudeorum · & respondit ihs · A temetipso hoc dicis · an alii tibi dixerunt de me · Respondit pilatus · Num

quid ego iudeorum genitua & pontifices tradiderunt tibi
quid feciſti. Reſpondit ihs. Regnū meum non eſt de hoc mundo
do. Si ex hoc mundo eſt regnum meum miniſtri mei utique de
certarent ut non traderer iudeis. Nunc autē regnum meum
non eſt hinc. Dixit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu. Reſpon
dit ihs. Tu dicis quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum & ad hoc
veni in mundum. ut teſtimonium perhibeam veritati. Omis
qui eſt ex veritate audit meam uocem. Dicit ei pilatus. quid
eſt veritas. & cum hoc dixiſſet iterum exiit ad iudeos. & di
cit eis. Ego nullam invenio in eo cauſam.

Eſt autem conſuetudo uobis ut unum dimittam uobis in pa
ſche uultis ergo dimittam uobis regem iudeoꝝ. Clamauerunt
rurſum omnes dicentes. Non hunc. ſed barabbam. Erat au
tem barabbas latro. Tunc ergo apprehendit pilatus ihm & fla
gellauit. & milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt
capiti eius. & veſte purpurea circumdederunt eum. & dice
bant. Ave rex iudeorum. & dabant ei alapas. Exiit iterum pilatus foras. & dicit eis. Ecce
adduco uobis eum foras ut cognoſcatis quia in eo nullam cau
ſam invenio. Exiit ergo ihs portans ſpineam coronam
& purpureum veſtimentum. Et dicit eis. Ecce homo.
Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri. Clamabant
dicentes. Crucifige crucifige eum. Dicit eis pilatus
Accipite eum uos & crucifigite.

Clamabant autem dicentes. Tolle hunc

Ego enim nonhuicnullo meo causam.

Responderunt et iudei. Nos legem habemus. & secundu legem de
be& mori. quafiliumdi sefecit. Cumergo audisset pilatus hunc
sermonem magis timuit. & ingressusest in pm̄torium rerum. &
dixit adihm. unde estu. Ihs autem responsum nondedit ei.
Dicit ergo ei pilatus. mihi non loqueris. Nescis quiapotestatem
habeo crucifigere& potestatem habeo dimittere& respon
dit ihs. Nonhaberes potestatem adversum me ullā. nisitibi es
datum desuper. propter ea quitradidit me tibi. maiusp̄ccatu
habe& & exinde querebat pilatus dimittere eum. Judei autē
clamabant dicentes. Si hunc dimittis. nonesamicus cesaris.
Omnis quise regem facit contradic̄ cesari. pilatus ergo cum audis
set hos sermones. adduxit foras ihm. & sedit pro tribunali loco
qui dr lithostroton hebraice autē gabatha. Erat autem
parasceue paschę. hora quasi sexta. Et dic̄ iudeis. Ecce rex
Illi autem clamabant. tolle tolle crucifige eum.
Dicit eis pilatus. Regem urm crucifigam. Responderunt
pontifices. Nonhabemus regem nisi cesarem. Tunc ergo tra
didit eis illum ut crucifigerēt.
Susceperunt autem ihm & eduxerunt. Et baiolans sibi cru
cem exiit in eum qui dicitur calvarie locum. hebraice gol
gotha. ubi eum crucifixerunt.
Et cum eo alios duos hinc & hinc. medium autem ihm.

Scripsit autem & titulum pilatus: & posuit super crucem
Erat autē scriptum. Ihs Nazarenus rex iudeorum. hunc
ergo titulum multi legerē iudeorum quia prope civitatem
erat locus ubi crucifixus est ihs. Et erat scriptum hebraice
grece & latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudeorum
Noli scribere rex iudeorū. Sed quia ipse dixit rex sum iudeorū
Respondit pilatus. quod scripsi scripsi. Milites ergo cum cruci
fixissent eum. acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor
partes unicuique milite partē & tunicam. Erat autem tunica
inconsutilis. desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invi
cem. Non scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit. ut scrip
tura impleatur dicens. partiti sunt vestimenta mea sibi. & super
tem meam miserunt sortem. & milites quidem hec fecerunt.
Stabant autem iuxta crucem ihū. mater eius. & soror matris eius
maria cleope. & maria magdalene. Cum vidisset ergo ihs matrem
& discipulum quem diligebat dicit matri sue. Mulier ecce fi
lius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa
ra accepit eam discipulus in sua. Postea sciens ihs quia iam
omnia consummata sunt. ut consummaretur scriptura
sua. Ait sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam
plenam aceto. hysopo circum ponentes. obtulerunt ori eius.
Cum ergo accepisset ihs acetum. dixit. consummatum est.
Et inclinato capite. tradidit spm. Judei ergo quo parasceue

[illegible] inmonumentum in cruce corpora sabbato. Erat enim
magnus dies ille sabbati. Rogauerunt pilatum ut frangerentur
eorum crura. & tollerentur. Uenerunt ergo milites. & pri
mi quidem fregerunt crura. & alterius qui crucifixus est cum
eo. Ad ihm autem cum uenissent. ut uiderunt eum iam mor
tuum. non fregerunt eius crura: sed unus militum lancea
latus eius aperuit. & continuo exiuit sanguis & aqua. & qui
uidit testimonium perhibuit. & uerum est testimonium
eius. Et ille scit quia uera dicit. ut & uos credatis. Facta sunt enim
haec ut scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. & rur
sus alia scriptura dicit. Uidebunt in quem transfixerunt.
Post haec autem rogauit pilatum ioseph ab arimathia. eo quod
esset discipulus ihu occultus autem propter metum iudeorum
ut tolleret corpus ihu. & permisit pilatus. Uenit ergo et tu
lit corpus ihu. Uenit autem & nicodemus qui uenerat ad
eum nocte primum ferens mixturam myrre & aloes quasi
libras centum. Acceperunt corpus ihu & ligauerunt illud
cum aromatibus; sicut mos iudeis est sepelire. Erat au
tem in loco ubi crucifixus est hortus. & in horto monumentum
nouum. in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo
propter parasceuen iudeorum. quia iuxta erat monumentum
posuerunt ihm. Una autem sabbati maria magdalene
uenit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum

audit lapidem sublatum amonumento · Cucurrit ergo
uenit adsimonem pet̃rum · &adalium discipulum qu
amabat ihs · &dicit eis · tulerunt dn̄m demonumento · &
nescimus ubiposuerunteum · Exiit ergo pet̃rus &ill
alius discipulus &uenerunt admonumentum · Curre
bant autem duosimul · &ille alius discipulus praecur
rit citius pet̃ro · &uenit primus admonumentum · &
se inclinauit & uidit posita lintеamina · nontamen intro
uit · Uenit ergo simon pet̃rus sequens eum &introiuit
monumentum &uidit lintеamina posita & sudarium
qd fuerat super caput eius · non cum lintеaminibus pos
tum · sed sep̃aratum inuolutum in unum locum · tunc
ergo introiuit · &ille discipulus quuenerat primus ad
monumentum · &uidit &credidit · Nondumenim sciebant
scripturam quia oportebat eum amortuis resurgere ·
Abierunt ergo rursum adsem&ipsos discipuli ·
Maria autem stabat admonumentum foris plorans ·
Dumergo fleret inclinauit se & prospexit inmonumentum
& uidit duos angelos in albis sedentes unum ubi caput &
unum ubi pedes · ubi positum fuerat corpus ihu · Dicunt
ei illi mulier quid ploras · dicit eis quia tulerunt dn̄m
meum & nescio ubi posuerunt eum · hæc cum dixisset · con
uersa retrorsum · & uidit ihm stantem · & non sciebat

dicit ei ihs' mulier quid ploras' quem quer's' illa existi
mans quia hortulanus' & dicit' Domine si tu sustulisti eum
dic mihi ubi posuisti eum & ego eum tollam' Dicit ei ihs'
Maria conuersa illa' dicit ei' Rabboni quod dicitur magister' Dicit
ei ihs' Noli me tangere' Nondum enim ascendi ad patrem meum'
Vade autem ad fratres meos & dic eis' Vado ad patrem meum
& patrem uestrum ad deum meum & deum uestrum' Uenit maria magda
lene adnuntians discipulis quia uidisset dominum & hec dixerit mihi'
Cum ergo sero die illa una sabbatorum & fores essent clause
ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum' Uenit
ihs & stetit in medio & dicit eis' Pax uobis' & cum hoc dixis
set ostendit eis manus & latus' Gauisi sunt ergo discipuli uiso
domino' Dixit ergo eis iterum' Pax uobis' Sicut misit me pater
& ego mitto uos' hoc cum dixisset insuflauit & dicit eis' Accipite
spiritum' Quorum remiseritis peccata remittuntur eis'
& quorum retinueritis retenta sunt'
Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didymus non
erat cum eis quando uenit ihs' Dixerunt ergo ei alii discipuli
uidimus dominum' Ille autem dixit eis' Nisi uidero in manibus
eius figuram clauorum & mittam digitum meum in locum
clauorum & manum meam in latus eius non credam'
Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus & thomas
cum eis' Uenit ihs ianuis clausis & stetit in medio & dixit

Pax uobis' Deinde dicit thome' Infer digitum tuum huc & uide manus meas' & affer manum tuam & mitte in latus meum' & noli esse incredulus sed fidelis' Respondit thomas & dixit ei' Dns meus & deus meus' Dicit ei ihs' quia uidisti me credidisti beati qui non uiderunt & crediderunt' Multa quidem & alia signa fecit ihs in conspectu discipulorum suorum que non sunt scripta in libro hoc' hec autem scripta sunt ut credatis quia ihs est xps filius dei' & ut credentes uitam habeatis in nomine eius' Postea manifestauit se rursum ihs ad mare tyberiadis' manifestauit autem sic' Erant simul simon petrus' & thomas qui dicitur didimus' & nathanahel' qui erat a cana galilee' & filii zebedei' & alii ex discipulis eius duo' Dicit eis simon petrus' Uado piscari' Dicunt ei' Uenimus & nos tecum' Et exierunt & ascenderunt nauem' & illa nocte nichil prehenderunt' Mane autem iam facto' stetit ihs in litore' non tamen cognouerunt discipuli quia ihs est' Dicit ergo eis ihs' pueri numquid pulmentarium habetis' Responderunt ei' Non dicit eis' Mittite in dexteram nauigii rete' & inuenietis' Miserunt ergo & non ualebant illud trahere a multitudine piscium' Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ihs petro' Dns est' simon petrus cum audisset quia dns est' tunicam succinxit se' erat enim nudus' & misit se in mare' Alii autem discipuli nauigio uenerunt

Venerunt longe enim aberat sed quasi bus ducentor cu
bitor ree piscium · Ut ergo descenderunt interra uide
runt positos & piscem · super positum & panem · Dicit ihs ·
Afferte de piscibus quos prendidistis nunc ·
Ascendit simon petrus · & traxit ree interram · plenum
magnis piscib; centum quinquaginta tribus · & cum tanti
essent non est scissum ree ·
Dicit eis ihs · Venite prandete ·
Et nemo audebat · discumbentium interrogare eum ·
tu quis es · scientes quia dns est ·
Venit ihs · & accepit panem · & dat eis · & piscem similit
Hoc iam tertio manifestatus est ihs · discipulis suis cum
resurrexit a mortuis · Cum ergo prandissent ·
Dicit simoni petro ihs · Simon iohannis diligis me plus
Dicit ei etiam dne · tu scis quia amo te · Dicit ei pasce ag
nos meos · Dicit ei iterum · Simon iohannis diligis me ·
Ait illi etiam dne · tu scis quia amo te · dicit ei pasce agnos meos
Dicit ei tertio · simon iohannis amas me · Contristatus
est petrus quia dixit tertio amas me · & dicit ei · Dne tu
omnia scis · tu scis quia amo te · Dicit ei · pasce oues meas
Amen amen dico tibi · cum esses iunior cingebas te · & am
bulabas ubi uolebas · Cum autem senueris · extendes ma
nus tuas · & alius te cinget · & ducet quo non uis · hoc

INCIPIT CAPITVLARE

CANONICORUM DECIRCULO ANNI

IN NATALITIO AD SCAM MARIAM MAIOREM

SECUNDUM LUCAM · K· III·

AOSLAV̄ AN̄ASTASIAM· SCO LŪC· K̄M

ET AOSLAV̄ PRIMITIVI· SCO IOH· K·I

SCI STHEPHANI· SCO MARTH· K· CC·XL

SCI SCIOH SCO IOH· K·CC·XXX

SANCTORUM INNOCENTIUM· SCO MATH· K· VI

SCI THOME· APOSTOLI· SCO IOSEPH· ANO QUO NAZARETH· VENIT

SCI MATHEI· AP̄I· SCO MATH· K· VIII· SCI STHEPHANI PROTOMARTYRIS· SCO LUCAM· K· II

POST NATALEM· SCI LUCAE K· II

INNOCENTIUM· SCO LUCAM· K· III

O MARTYR· SCO LUCAM· K· III·

THEOPHANIA SCO MATH· K· III·

EPIPHANIA SCO MATH· K· III·

SCI PAULI· SCO LUCAM· K· III·

Mens febro. Die ii. men. sup scripto sec luc. k. iii. Post quam
impleti sunt. dies purgationis eius. usq; gloriam plebis tue
Nat sc agathe sec math. k. cc. bc. xiii. Dic dix. simile
est regnum celorum. x. uirginibus. usq; hore
sec mar. k. bc. iii. Exeunt ihs. de templo. uadit
q. dicit hominem orare
sec math. k. cxl. ui. Vespere autem facto
turba hominum. Et. ui. post theophi. discessum
Conuocans ihs. discipulos suos. ait
ubique. Ter. sec math. k. et. ui.
hierosolymam. usq; non
hominem. Die xiiii. sup. scripto. sec
k. xcvi. Quebat discipulis suis. Sequi
usq; dormite

MENS MAR · Die duo decimo · Nat̄ gregorii doñ̄ sēmath
Die dñi discipulis suis · uigilate · usq; superuenit hora
Dies ꝑ ē · Adiuua me dñe fiat ꝺ
gabriel angelus · usq; secundū uerbum tuum ·
INCIPIT LECTIO SEPTUAGISIMA · USQUE IN PASCHA
dñi · die dom̄ · adsēm laurentium · seemath · k · cc · Dixit
parabolam hanc · Simile ē regnum celorum homini patri
familias · qui exiit primo mane · usq; huic uero eleem
EXPOSITIO · Die dom̄ · adsēm paulum · sēq; luc̄ · k · ccxx ·
uerba plurima conuenit · usq; fructum adferunt in patientia
Die dom̄ · adsēm pēr̄um · sēq; luc̄ · k · ccxx ·
septuaginta · usq; omnis plebs mundi laudationis
Die dñi discipulis
Cum uenerit filius hominis · usq; ·

F

S

Si manseritis in me · et verba mea in vobis manserint · quodcumq; voluerit petite et fiet vobis · In hoc clarificatus est pater meus · ut fructum multum afferatis · et efficiamini mei discipuli · Sicut dilexit me pater · et ego dilexi vos · manete in dilectione mea · Si precepta mea servaveritis · manebitis in dilectione mea · sicut ego patris mei precepta servavi · et manebo in ejus dilectione · Hec locutus sum vobis · ut gaudium meum in vobis sit · et gaudium vestrum impleatur · Hoc est precepta mea · ut diligatis invicem · sicut dilexi vos · Majorem hac dilectionem nemo habet · ut animam suam ponat quis pro amicis suis · Vos amici mei estis · si feceritis que precipio vobis · Jam non dicam vos servos · quia servus nescit quid faciat dominus ejus · Vos autem dixi amicos · quia omnia que audivi a patre meo nota feci vobis · Non vos me elegistis · sed ego elegi vos · et posui vos ut eatis · et fructum afferatis · et fructus vester maneat · Ut quodcumq; petieritis patrem in nomine meo · det vobis · Hec mando vobis · ut diligatis invicem · Si mundus vos odit · scitote quia me priorem vobis odio habuit · Si de mundo fuissetis · mundus quod suum erat diligeret · quia vero de mundo non estis · sed ego elegi vos de mundo · propterea odit vos mundus · Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis · Non est servus major domino suo · si me persecuti sunt · et vos persequentur · si sermonem meum servaverunt · et vestrum servabunt · Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum · quia nesciunt eum qui misit me · Si non venissem · et locutus eis fuissem · peccatum non haberent · nunc autem excusationem non habent · Qui me odit · et patrem meum odit · Si opera non fecissem in eis · que nemo alius fecit · peccatum non haberent · nunc autem et viderunt · et oderunt me · et patrem meum · Sed ut adimpleatur sermo · qui in lege eorum scriptus est · quia odio habuerunt me gratis · Cum autem venerit paraclitus · quem ego mittam vobis a patre · spiritum veritatis · qui a patre procedit · ille testimonium perhibebit de me · Et vos testimonium perhibebitis · quia ab initio mecum estis · Hec locutus sum vobis · ut non scandalizemini · Absque synagogis facient vos · sed venit hora · ut omnis qui interficit vos · arbitretur obsequium se prestare deo · Et hec facient vobis · quia non noverunt patrem neque me · Sed hec locutus sum vobis · ut cum venerit hora eorum · reminiscamini eorum · quia ego dixi vobis · Hec autem vobis ab initio non dixi · quia vobiscum eram · Et nunc vado ad eum qui misit me · et nemo ex vobis interrogat me · Quo vadis · Sed quia hec locutus sum vobis · tristitia implevit cor vestrum · Sed ego veritatem dico vobis · expedit vobis ut ego vadam · Si enim non abiero · paraclitus non veniet ad vos · Si autem abiero · mittam eum ad vos · Et cum venerit ille · arguet mundum de peccato · et de justitia · et de judicio · De peccato quidem · quia non credunt in me · De justitia vero · quia ad patrem vado · et jam non videbitis me · De judicio autem · quia princeps hujus mundi jam judicatus est · Adhuc multa habeo vobis dicere · sed non potestis portare modo · Cum autem venerit ille spiritus veritatis · docebit vos omnem veritatem · Non enim loquetur a semetipso · sed quecumq; audiet loquetur · et que ventura sunt annuntiabit vobis · Ille me clarificabit · quia de meo accipiet · et annuntiabit vobis · Omnia quecumq; habet pater · mea sunt · propterea dixi · quia de meo accipiet · et annuntiabit vobis · Modicum et jam non videbitis me · et iterum modicum et videbitis me · quia vado ad patrem · Dixerunt ergo ex discipulis ejus ad invicem · Quid est hoc quod dicit nobis · modicum et non videbitis me · et iterum modicum et videbitis me · et quia vado ad patrem · Dicebant ergo · Quid est hoc quod dicit modicum · Nescimus quid loquitur · Cognovit autem jesus quia volebant eum interrogare · et dixit eis · De hoc quesistis inter vos · quia dixi · modicum et non videbitis me · et iterum modicum et videbitis me · Amen amen dico vobis · quia plorabitis et flebitis vos · mundus autem gaudebit · vos autem contristabimini · sed tristitia vestra vertetur in gaudium · Mulier cum parit · tristitiam habet · quia venit hora ejus · cum autem peperit puerum · jam non meminit pressure · propter gaudium · quia natus est homo in mundum · Et vos ergo nunc tristitiam quidem habetis · iterum autem videbo vos · et gaudebit cor vestrum · et gaudium vestrum nemo tollet a vobis · Et in illo die me non rogabitis quicquam · Amen amen dico vobis · si quid petieritis patrem in nomine meo · dabit vobis · Usque modo non petistis quicquam in nomine meo · Petite et accipietis · ut gaudium vestrum sit plenum · Hec in proverbiis locutus sum vobis · Venit hora · cum jam non in proverbiis loquar vobis · sed palam de patre annuntiabo vobis · In illo die in nomine meo petetis · et non dico vobis · quia ego rogabo patrem de vobis · Ipse enim pater amat vos · quia vos me amastis · et credidistis quia ego a deo exivi · Exivi a patre · et veni in mundum · iterum relinquo mundum · et vado ad patrem · Dicunt ei discipuli ejus · Ecce nunc palam loqueris · et proverbium dicis nullum · Nunc scimus quia scis omnia · et non opus est tibi ut quis te interroget · In hoc credimus quia a deo existi · Respondit eis jesus · Modo creditis · Ecce venit hora · et jam venit · ut dispergamini unusquisque in sua · et me solum relinquatis · et non sum solus · quia pater mecum est · Hec locutus sum vobis · ut in me pacem habeatis · In mundo pressuram habebitis · sed confidite · ego vici mundum · Hec locutus est jesus · et elevatis oculis in celum · dixit · Pater venit hora · clarifica filium tuum · ut filius clarificet te · sicut dedisti ei potestatem omnis carnis · ut omne quod dedisti ei det eis vitam eternam · Hec est autem vita eterna · ut cognoscant te solum deum verum · et quem misisti jesum christum · Ego te clarificavi super terram · opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam · Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum · claritate quam habui · antequam mundus esset · apud te · Manifestavi nomen tuum hominibus · quos dedisti mihi de mundo · Tui erant · et mihi eos dedisti · et sermonem tuum servaverunt · Nunc cognoverunt quia omnia que dedisti mihi · abs te sunt · Quia verba que dedisti mihi · dedi eis · et ipsi acceperunt · et cognoverunt vere quia a te exivi · et credidierunt quia tu me misisti · Ego pro eis rogo · non pro mundo rogo · sed pro his quos dedisti mihi · quia tui sunt · Et mea omnia tua sunt · et tua mea sunt · et clarificatus sum in eis · Et jam non sum in mundo · et hi in mundo sunt · et ego ad te venio · Pater sancte · serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi · ut sint unum sicut et nos · Cum essem cum eis ego servabam eos in nomine tuo quos dedisti mihi · et custodivi · et nemo ex eis perivit · nisi filius perditionis · ut scriptura adimpleatur · Nunc autem ad te venio · et hec loquor in mundo · ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis · Ego dedi eis sermonem tuum · et mundus odio habuit eos · quia non sunt de mundo · sicut et ego non sum de mundo · Non rogo ut tollas eos de mundo · sed ut serves eos a malo · De mundo non sunt · sicut et ego non sum de mundo · Sanctifica eos in veritate · sermo tuus veritas est · Sicut tu me misisti in mundum · et ego misi eos in mundum · Et pro eis ego sanctifico me ipsum · ut sint et ipsi sanctificati in veritate · Non pro eis autem rogo tantum · sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me · ut omnes unum sint · sicut tu pater in me · et ego in te · ut et ipsi in nobis unum sint · ut credat mundus quia tu me misisti · Et ego claritatem quam dedisti mihi · dedi eis · ut sint unum sicut et nos unum sumus · Ego in eis · et tu in me · ut sint consummati in unum · et cognoscat mundus quia tu me misisti · et dilexisti eos sicut et me dilexisti · Pater quos dedisti mihi · volo ut ubi sum ego · et illi sint mecum · ut videant claritatem meam quam dedisti mihi · quia dilexisti me ante constitutionem mundi · Pater juste · mundus te non cognovit · ego autem te cognovi · et hi cognoverunt quia tu me misisti · Et notum feci eis nomen tuum · et notum faciam · ut dilectio qua dilexisti me · in ipsis sit · et ego in ipsis · Cum hec dixisset jesus · egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron · ubi erat hortus · in quem introivit ipse · et discipuli ejus · Sciebat autem et judas qui tradebat eum · locum · quia frequenter jesus congregatus erat illic cum discipulis suis · Judas ergo cum accepisset cohortem · et ex pontificibus et pharisaeis · venit illuc cum lanternis et facibus et armis · Jesus ergo sciens omnia que ventura erant super eum · processit · et dixit eis · Quem queritis · Responderunt ei · Jesum nazarenum · Dicit eis jesus · Ego sum · Stabat autem et judas qui tradebat eum · cum ipsis · Ut ergo dixit eis · Ego sum · abierunt retrorsum · et ceciderunt in terram · Iterum ergo interrogavit eos · Quem queritis · Illi autem dixerunt · Jesum nazarenum · Respondit jesus · Dixi vobis quia ego sum · Si ergo me queritis · sinite hos abire · Ut impleretur sermo quem dixit · Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam · Simon ergo petrus habens gladium · eduxit eum · et percussit pontificis servum · et abscidit auriculam ejus dexteram · Erat autem nomen servo malchus · Dixit ergo jesus petro · Mitte gladium tuum in vaginam · Calicem quem dedit mihi pater · non bibam illum · Cohors ergo et tribunus · et ministri judeorum · comprehenderunt jesum · et ligaverunt eum · Et adduxerunt ad annam primum · erat enim socer caiphe · qui erat pontifex anni illius · Erat autem caiphas · qui consilium dederat judeis · quia expedit unum hominem mori pro populo · Sequebatur autem jesum simon petrus · et alius discipulus · Discipulus autem ille erat notus pontifici · et introivit cum jesu in atrium pontificis · Petrus autem stabat ad ostium foris · Exivit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici · et dixit ostiariae · et introduxit petrum · Dicit ergo petro ancilla ostiaria · Numquid et tu ex discipulis es hominis hujus · Dicit ille · Non sum · Stabant autem servi et ministri · ad prunas · quia frigus erat · et calefaciebantur · Erat autem et petrus cum ipsis stans et calefaciens se · Pontifex ergo interrogavit jesum de discipulis suis · et de doctrina ejus · Respondit ei jesus · Ego palam locutus sum mundo · ego semper docui in synagoga et in templo · quo omnes judei convenient · et in occulto locutus sum nichil · Quid me interrogas · interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis · Ecce hi scient que dixerim ego · Hec autem cum dixisset · unus assistens ministrorum dedit alapam jesu · dicens · Sic respondes pontifici · Respondit ei jesus · Si male locutus sum · testimonium perhibe de malo · Si autem bene · quid me cedis · Et misit eum annas ligatum ad caiphan pontificem · Erat autem simon petrus stans et calefaciens se · Dixerunt ergo ei · Numquid et tu ex discipulis ejus es · Negavit ille · et dixit · Non sum · Dicit unus de servis pontificis · cognatus ejus cui abscidit petrus auriculam · Nonne ego te vidi in horto cum illo · Iterum ergo negavit petrus · et statim gallus cantavit · Adducunt ergo jesum a caiphe in pretorium · Erat autem mane · et ipsi non introierunt in pretorium · ut non contaminarentur · sed ut manducarent pascha · Exivit ergo pilatus ad eos foras · et ait · Quam accusationem affertis adversus hominem hunc · Responderunt et dixerunt ei · Si non esset hic malefactor · non tibi tradidissemus eum · Dixit ergo eis pilatus · Accipite eum vos · et secundum legem vestram judicate eum · Dixerunt ergo ei judei · Nobis non licet interficere quemquam · ut sermo jesu impleretur · quem dixit · significans qua morte esset moriturus · Introivit ergo iterum pilatus in pretorium · et vocavit jesum · et dixit ei · Tu es rex judeorum · Responditjesus · A temetipso hoc dicis · an alii tibi dixerunt de me · Respondit pilatus · Numquid ego judeus sum · Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi · Quid fecisti · Respondit jesus · Regnum meum non est de hoc mundo · Si regnum meum esset de hoc mundo · ministri mei utique decertarent · ut non tradar judeis · nunc autem regnum meum non est hinc · Dixit itaque ei pilatus · Ergo rex es tu · Respondit jesus · Tu dicis quia rex sum ego · Ego in hoc natus sum · et ad hoc veni in mundum · ut testimonium perhibeam veritati · Omnis qui est ex veritate · audit vocem meam · Dicit ei pilatus · Quid est veritas · Et cum hec dixisset · iterum exivit ad judeos · et dicit eis · Ego nullam invenio in eo causam · Est autem consuetudo vobis · ut unum dimittam vobis in pascha · Vultis ergo dimittam vobis regem judeorum · Clamaverunt ergo rursum omnes · dicentes · Non hunc · sed barabbam · Erat autem barabbas latro · Tunc ergo apprehendit pilatus jesum · et flagellavit · Et milites plectentes coronam de spinis · imposuerunt capiti ejus · et veste purpurea circumdederunt eum · Et venientes ad eum dicebant · Ave rex judeorum · et dabant ei alapas · Exivit ergo iterum pilatus foras · et dicit eis · Ecce adduco vobis eum foras · ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam · Exivit ergo jesus portans coronam spineam et purpureum vestimentum · Et dicit eis pilatus · Ecce homo · Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri · clamabant dicentes · Crucifige eum · crucifige eum · Dicit eis pilatus · Accipite eum vos · et crucifigite · ego enim non invenio in eo causam · Responderunt ei judei · Nos legem habemus · et secundum legem debet mori · quia filium dei se fecit · Cum audisset ergo pilatus hunc sermonem · magis timuit · Et ingressus pretorium iterum · dicit ad jesum · Unde es tu · Jesus autem responsum non dedit ei · Dicit ergo ei pilatus · Mihi non loqueris · Nescis quia potestatem habeo crucifigere te · et potestatem habeo dimittere te · Non haberes potestatem adversum me ullam · nisi tibi datum esset desuper · Propterea qui tradidit me tibi · maius peccatum habet · Et exinde quærebat pilatus dimittere eum · Judei autem clamabant dicentes · Si hunc dimittis · non es amicus cesaris · Omnis enim qui se regem facit · contradicit cesari · Pilatus autem cum audisset hos sermones · adduxit foras jesum · et sedit pro tribunali · in loco qui dicitur lithostrotos · hebraice autem gabbatha · Erat autem parasceve paschæ · hora quasi sexta · Et dicit judeis · Ecce rex vester · Illi autem clamabant · Tolle · tolle · crucifige eum · Dicit eis pilatus · Regem vestrum crucifigam · Responderunt pontifices · Non habemus regem nisi cesarem · Tunc ergo tradidit illum illis ut crucifigeretur · Suscepit autem jesum et eduxit · Et bajulans sibi crucem · exivit in eum qui dicitur calvarie locum · hebraice autem dicitur golgotha · Ubi eum crucifixerunt · et cum eo alios duos · hinc et hinc · medium autem jesum · Scripsit autem et titulum pilatus · et posuit super crucem · Erat autem scriptum · jesus nazarenus rex judeorum · Hunc ergo titulum multi legerunt judeorum · Et erat prope civitatem locus ubi crucifixus est jesus · Et erat scriptum hebraice · graece · latine · Dicebant ergo pontifices judeorum pilato · Noli scribere · rex judeorum · sed quia ipse dixit · rex sum judeorum · Respondit pilatus · Quod scripsi scripsi · Milites ergo cum crucifixissent jesum · acceperunt vestimenta ejus · et fecerunt quatuor partes · unicuique militi partem · et tunicam · Erat autem tunica inconsutilis · desuper contexta per totum · Dixerunt ergo ad invicem · Non scindamus eam · sed sortiamur de illa cujus sit · ut scriptura impleatur dicens · Partiti sunt vestimenta mea sibi · et in vestem meam miserunt sortem · Et milites quidem hec fecerunt · Stabant autem juxta crucem jesu mater ejus · et soror matris ejus · maria cleophe · et maria magdalene · Cum vidisset ergo jesus matrem · et discipulum stantem quem diligebat · dicit matri sue · Mulier · ecce filius tuus · Deinde dicit discipulo · Ecce mater tua · Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua · Postea sciens jesus quia omnia consummata sunt · ut consummaretur scriptura · dixit · Sitio · Vas ergo erat positum aceto plenum · Illi autem spongiam plenam aceto · et hyssopo circumdantes · obtulerunt ori ejus · Cum ergo accepisset jesus acetum · dixit · Consummatum est · Et inclinato capite · tradidit spiritum · Judei ergo · ut corpora non remanerent in cruce sabbato · erat enim magna dies illa sabbati · rogaverunt pilatum ut frangerentur eorum crura · et tollerentur · Venerunt ergo milites · et primi quidem fregerunt crura · et alterius qui crucifixus est cum eo · Ad jesum autem cum venissent · ut viderunt eum jam mortuum · non fregerunt ejus crura · sed unus militum lancea latus ejus aperuit · et continuo exivit sanguis et aqua · Et qui vidit testimonium perhibuit · et verum est testimonium ejus · Et ille scit quia vera dicit · ut et vos credatis · Facta sunt enim hec ut scriptura impleretur · Os non comminuetis ex eo · Et iterum alia scriptura dicit · Videbunt in quem transfixerunt · Postea autem rogavit pilatum joseph ab arimathia · qui erat discipulus jesu occultus autem propter metum judeorum · ut tolleret corpus jesu · Et permisit pilatus · Venit ergo et tulit corpus jesu · Venit autem et nicodemus · qui venerat ad jesum nocte primum · ferens mixturam myrre et aloes · quasi libras centum · Acceperunt ergo corpus jesu · et ligaverunt illud cum aromatibus · sicut mos est judeis sepelire · Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus · et in horto monumentum novum · in quo nondum quisquam positus fuerat · Ibi ergo propter parasceven judeorum · quia juxta erat monumentum · posuerunt jesum

A 49

BIBLIOTECA
REALE
ROMANENSE

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Grundst. f. 24. 197.

Nr. 1484 Ausgang: Okt. 1959
I. Schäden:
II. Behandlung: Seite 390 gewünscht zu Akkusan empfohlen
III. Besonderheiten: Die Schädlinge im Kirchbuch müssen noch bekämpft werden.


Cod. lat.
23 · 21.